Animalia genita ex putrefactiõe, generãtur ex corporibus orbium, & ipſa corpora dant eis uitam, quia uiua ſunt, ex diſpu.9.in ſolu.2.dubii.idem.12.metaphy.com̃.13.&.18.
Animal non ſanguineum diuidit̃ in quatuor genera manifeſta, in cruſtata/teſtata/inſecta / & mol/
lia.ex primo de partibus animalium.cap̃.3.&.4.
Animal ſm totum, & non ſm partes animal eſt. Cõmen.in.2.de partibus.cap̃.de carne.
Animalium actiones quãdoq; fiunt per mẽbra ſuperaddita, uel melioris notę gr̃a: uel ex neceſſita/
te contingente ipſis ex aliquo accidente ſuperueniente.ex.2.de partibus.cap̃ de carne.
Aĩalia quæ non ſunt utrinq; dentata/& cornua habent, ſeuũ plurimũ hñt.2.de partibus.cap̃.5.
Animalia utrinq; dentata & cornua habentia, uice ſeui, adipem habent.ibidem.
Animalia teſtata, teſtam habent propter duas cauſas.ſupra.cap̃.8.
Animalia inſecta habẽt naturam corporis mediam inter carnem & neruum.ſupra.
Animalia quædam exanguia, ut apes, & formicæ, prudentiora ſunt quibuſdam ſanguine prędítis.
Et uide cauſam in.2.de parti.cap̃.4.
Animalia exanguia tumidiora ſunt ſanguineis.ſupra.
Aĩalia magni ĩcremẽti ſunt minus fecũda, parua fecũdiſſima ſunt.1.de genera.aĩalium.cap̃.18.
Aĩalia ſanguine carentia/neq; uenã/neq; pulmonẽ/neq; ueſicã/neq; renes/nec epar habent. & hoc ĩ/
dicat ipſa nutriri corde atq; ſentire Eſt tamen in iſtis animalibus mẽbrum cordi proportionatũ/
in quo ſenſus fundat̃. Auer.in.4.de partibus.cap̃.de molli/cruſtaceo/teſtato/& genere inſectorũ.
& elicitur ex ſententia Ariſto.ibidem.cap̃.5.in principio.
Aĩalia quædã ſunt media inter plãtas & perfecta aĩalia.ſ.ſanguĩe p̃dita.ibidẽ.¶ Et nota ꝙ iſta à græ
cis zoophita appellãtur. Et nota ſm Themi.in.2.de aĩa.in expõne tex.131.ꝙ iſta aĩalia zoophita/q̃
dam habent tactũ tm̃, quædã etiam guſtũ: quædã etiam habẽt olfatum. Sed Simplicius in eodẽ lo
co uidet̃ dicere oppoſitũ. uidelicet ꝙ zoophita nullum habent alium ſenſum p̃ter tactum. Dic ꝙ
Themi.largius intellexit, ut comparatio fiat inter plantas & animalia habentia omnes q̃nque ſen/
ſus, omnia talia zoophita dicuntur, ſic alia, ſed Simplicius ſtrictius.
Animalia inſecta plures pedes habent, & priores maiores habent poſterioribus. Vide cauſam in.4.
de partibus.cap̃.6.de inſectis.
Animalia omnia ſanguine p̃dita, excepto homine, formam gerunt pomilionis.eſt autẽ pomilio cu/
ius pars ſuperior magna eſt, inferiori uero parua q̃ põdus ſuſtinet, motumq; exercet.ex.4.de par
tibus.cap̃.9.Et ibidem ea de cauſa dicitur animalia demẽtiora eſſe homine, & inter homines pue/
ri uiris, & inter uiros, pomiliones mente deficiunt.
Animalia ouipara mãmis carent, quia non habent lac: mãma enim lactis coniectaculum eſt, & tãq̃
uas lactis eſt. In ouo autem lacteus ille humor ingenitus continetur.ex.4.de partibus.cap̃.10.
Animalia quædam ſunt, ut aquatilia & terreſtria: & quædam cum uolucribus & pedeſtribus cõ/
municant.ex.4.de partibus.cap̃.11.prope finem.
Animalia ſanguinea non poſſunt moueri pluribus pedibus q̃ quatuor. Iſta enim eſt proprietas ani
malis exanguis.ſupra.& Auer.ibidem.cap̃.de piſcibus.
Aĩaliũ partes reſpectu totius ut materia, ſunt partes diſſimilares, diſſimilariũ uero ſimilares, ſimila
riũ uero uocata elemẽta.ex.1.de gene.aĩaliũ.cap̃.1.Cõſimile in.2.de partibus.cap̃.1.
Aĩaliũ q̃dã ex coitu maris & feminę ꝓcreant̃, q̃dã uero ex putri materia atq; excremẽtis.ſupra.
Aĩalia ex putri materia genita, generãt qd diuerſum, qđ non eſt mas neq; femina.ſupra.
Animalium ſanguine carentium ſunt quatuor genera.ſ.cruſtatum/molle/inſectum / & teſtatum.
Auer.primo de generatione animalium exanguium.
Aĩalia tãq̃ plãtæ diuiſa ſunt, & dũ coeunt ſicut plãtæ euadũt.fiũt enim ut unũ aĩal.in plãtis enĩ mas
à femina diuiſa nõ ſunt. Ariſt.in primo de generatione aĩalium.cap̃.ultimo in fine.
Aĩalium/alia p̃ficiunt partũ, foraſq; mittunt ſibi ſimile: alia uero nondũ explanatũ ſuãq; formã ade
ptũ pariũt.quorũ ſanguinea ouũ pariũt. exanguia uero uermẽ.ex.2.de gene.aĩalium.cap̃.primo.
Animal eſt pars animæ ſenſuali.2.de generatione aĩalium.cap̃.3.& in.2.de anima.tex.cõ.17.
Animalia quę non ex coitu generantur non generãt neq; marem neq; feminam.ex.2.de generatio.
animalium.cap̃.4.contra latinos, in opinione ſua de genitis ex putredine, ubi iniuſte Auer.repre/
hendunt. Idem etiam habetur primo de generatione animalium cap̃.primo.
Animalia quæ nõ unigena coeunt, qđ ea faciũt quorum tẽpus par, & uteri geſtatio ꝓxima & cor/
poris magno nõ multo diſcrepãs: hæc primos partus ſimiles ſibi edunt cõmuni generis utriuſq;

quales ex uulpe & cane generanť/aut ex ꝑdice & gallinaceo.ſed tẽpore ꝓcedente diuerſi ex diuerſis ꝓueniunt,demũ forma feminę inſtituti euadunt.Ariſt.in.2.de genera.aīaliũ.cap̄.4.Idẽ repetit & clarius in cap̄.ſeq.uidelicet ca.5.ubi redit.cãm q̃re in ꝓuerbio ẽ.Africã ſemp aliq̄d noui afferre.

Animalium q̃rtum genus non in iis locis quærendũ eſt,q̃q̄ aliquid eſſe exigit ordine ignis, id enim quartum corpus enumerať.Verum ignis ſemp formam nõ ꝓpriam habere uideť,ſed in alio corpore.aut enim aer,aut fumus,aut terra eſſe uideť quod ignitũ eſt.ſed genus hoc apud lunã quærendum eſt.hoc enim quartã illam diſtantiã adipiſci uidetur.ſed de his alias.Ariſt.ſententia in.3.de generatione aīalium.cap̄.11. ¶ Vbi animaduerte ut.d.Io.Philoponus in iſto loco Ariſto.d.hoc ex intentione Platonis qui poſuit in ethere aīalia ignea/rationalia/multũ diuturna/q̃ tãdem morti ſunt obnoxia.ſed Ariſto.non aſſentit ei.Iſtud etiam genus aīalium uidetur īnuiſſe Ariſto.in.2.de anima.tex.cõ.29.ubi.d.quibuſdã autem cogitatiuã & intellectum,ut hominibus,& ſi quid aliud genus aīalium eſt melius & honorabilius: ut notat ibi Ammonius & Simplicius in una expoſitionum,qa tres ponit.Et hoc notat etiam dominus Alber. philoſophum illud dixiſſe ꝓpter opinionem Platonis,non ꝙ illa ſit Ariſto.opinio.Nam Ariſto.in fine tertii de anima. demonſtrat nõ poſſe dari animal ex elemento ſimplici conſtitutum.

Animalia teſtata ſponte naſcuntur.3.de generatione animalium.cap̄.ultimo in fine.

Animal nullum in loco ignis exiſtentis in cõcauo lunæ generari poteſt,& uide cãm in.3.de genera.animaliũ.ca.de generatione apum. ab Auer.ꝓpe finem.Ariſt.enim illud dicit alibi eſſe declaratũ.

Animalia multa teſtibus carẽtia generant mares & feminas,ueluti ea quæ carent pedibus,ut piſciũ genus atq; ſerpentum.Ariſto.in.4.de genera.anima.cap̄.primo.

Animalium quædam ſuperfetant,quædam uero nequaq̄.ſupra.cap̄.5.

Animalibus oībus ꝑtus fit pronis in caput conuerſis.Et uide cauſam.4.de genera.aīalium.cap̄.9.

Animalium alia unicolora/alia uerſicolora/alia toticolora ſunt.5.de generatione aīalium.cap̄.6.

Animalium diuiſiones diuerſas,require primo de hiſto.anima.ca.primo.

Animalia inſecta illa appellantur quorum corpus inciſuris ꝑ̃cingitur,aut parte tantum ſupina,aut etiam prona.Ariſto.primo de hiſto.animalium.cap̄.primo.& in.4.libro etiam cap̄.primo.

Animalia uno initu,plura cõcipere poſſunt. Et uide cauſam in.4.de generatione animalium.cap̄.4.ubi impugnatur opinio antiquorũ aſſerentium hoc prouenire ex multitudine locorum & acceptabulorũ, & eſt opinio quã multi uulgares Philoſophi & medici tenẽt hodiernis tẽporibus.

Animalia habentia partem qua excremẽtũ humidũ emittitur,habent etiam illam per quã emittiť excrementum ſiccum.ſed non omnia quę hoc habent,illud habere dicimus.primo de hiſto.aīalium.cap̄.2.Vnde quęcũq; animalia habentia ueſicam habent aluum,ſed non econtra.

Animalia quæcũq; ambulant/pedes pari numero poſſident.primo de hiſto.anima.cap̄.5.

Animal effemerum,quod à uita die uno deſcribenda ita appellatũ eſt,pedibus quatuor pẽniſq; totidem mouetur ſupra. Vide etiam de hoc in.5.de natura animalium.ca.19.in fine.Inde forte medici/genus febris effimeram nuncupauerunt.

Animalibus teſta opertis deeſt diſcrimẽ ſexus.Ariſt.in.4.de natura animalium.cap̄.ultimo.

Animalia cum ſtirpibus cõmune habẽt ut alia ex ſemine alia ſponte naſcantur.5.de natura animalium.cap̄.primo.Et primo de generatione animalium.cap̄.primo.

Animalia ſponte nata,ſi ſexus diſcrimẽ maris & feminæ obtinẽt,iis coeuntibus gignitur quidem aliquid,ſed ex quo nihil amplius gigni poſſit.ibidem.

Animalibus qui ex uermibus proueniũt,& omnibus uermibus cõe eſt ut primordiũ generatiõis/aut à ſole/aut à ſpiritu ꝑ̃ſteť.Ariſt.in.5.de natura aīaliũ.cap̄.19.Idẽ Auer.12.met.cõmen.18.

Animalia quædam naſcuntur in iis etiam quæ nullam putredinem recipere poſſe exiſtimanť, ut in niue uetuſtiore & in igne.Ariſto.ſententia.in.5.de hiſto.animalium.cap̄.19.Et conſidera bene quæ notauerim in contradictionibus nuper editis.

Animalibus omnibus cõmune eſt,ut cupidine uoluptateq; rei ueneree maxime geſtiant incitenturq;.6.de natura animalium.cap̄.18.

Aīalia ĩbecilliora utrauis rõne prius diſcedũt.ſ.uel ꝑꝑ eſtus uel ꝑꝑ frigus,nã ſcõbri priuſq̃ tunni, coturnices añq̄ grues.altera enĩ Auguſto,altera Septẽbri mẽſe ĩcipiũt.8.de natura aīaliũ.ca.12.

Aīalia hr̃e quãdã uim naturalẽ in quauis animi affectione uideń/hoc eſt prudẽtia/ſtultitia/fortitudine/ignauia/clemẽtia/acerbitate,& reliq̄s habitibus generis eiuſdẽ.9.de natura aīaliũ.cap̄.1.

Animalia alia ab homine,quæ ſcilicet auditu non carent, non modo ſtrependi,uerũetiam ſignificandi differentias poſſunt dignoſcere.ſupra.

Animalia multa ut ſpõgia marina & multa alia bruta,non uidētur indigere cerebro & neruo magno deſcendente à cerebro,& propterea talia inciſa uiuũt.2.colliget.ca.11.

Animalium corpora calidiora ſunt terræ naſcentibus:& propterea non inuenitur in terrę naſcentibus calor in actu.5.colliget.cap̃.24.Vide in contradictionibus.

Animalium cõplexiones diuerſificantur in una ſpẽ propter paſſiua,& ꝓpter aquam.ſupra.cap̃.30.

Animalia ſanguinea ſunt calida & humida,ſed exanguia ſunt frigida & ſicca.ſupra.

Animalia ouatilia ſunt calida & humida,& quæ non frigida & ſicca.ſupra.

Animalia quæ naſcuntur in aqua,ſunt frigida & humida.ſupra.

Animalia uolatilia ſunt magis aerea ambulatiuis.ſupra.

Animalia anhelantia ſunt calida,non anhelantia frigida.ſupra.

Animal ſi quod ex aere ſolo cõſtaret,q̃uis uiſus ab auditu ab eo nõ diſtaret,ꝓpterea ꝙ toto ſe & uideret & audiret:argumento tamen ſenſilium negari non poſſet duos eſſe ſenſus.Themi.2.de aĩa.ca.39.¶ Inde elice ex mẽte Peripateticorum, non eſſe neceſſariũ ſemper diuerſorũ ſenſuũ diuerſa eſſe organa ſecundũ rem,nam/ut ibidem.d. Themiſt.in eadem parte linguæ eſt tactus & guſtus.

Animalia cætera p̃ter hominẽ delectari & contriſtari uel dolere poſſunt: qđ genus non niſi p̃ſentibus & inſtãtibus rebus contingit q̃ uoluptatis & quę doloris inuehũt ſenſum:non aũt poſſunt cõfidere/timere/& ſperare.Nã audacia mẽtis & ſpes ſtatim oſtendũt ſe rõnalis aię ditioni ſubeſſe: quia futurũ & cõſequẽs tẽpus uident̃ reſpicere,quod bruta non poſſunt.Themi.3.de.aĩa.cap̃.38.

Animal depictum,& animal eſt & imago:& licet ſint eadem ſubiecto,differunt tamen cognitiõe, & ratione.Ex libro de memoria & reminiſcentia.

Aĩal in utero nutrit̃ ut plãta non ut aĩal:nã aĩa ſenſualis poſterior aduenit.Them̃ in lib.de ſomno & uigi.cap̃.13.Et uidet̃ eẽ ſnĩa Ariſt.in.2.de genera.aĩaliũ.cap̃.3.¶ Vide de hoc diffuſe Ammoniũ ſup.2.de aĩa in expõne textus tertii.ubi.d.naturã gradatim ab inanimato trãſire p gradũ uegetabilem q cõſtituit plantã,ad gradũ mediũ,qui cõſtituit zoophita,& tãdẽ ad gradũ p̃fectũ,quando uere aĩalia dicunt̃,unde embriones alligati m̃ricibus cũ nutriant̃ per umbilicũ & nõ p os,& moueãtur ad motũ matricis cũ qua ſunt alligati,dicunt̃ eẽ zoophita.ſed quãdo ĩ lucẽ ueniũt,& poſſunt ꝓpriis inſtrumẽtis nutriri & ſentire,& p̃cipue ingredi,tũc uere aĩalia dicunt̃. Vide ẽt Alex. in paraphraſi de aĩa.cap̃.10.ubi reddit cauſam q̃re à ſtirpibus abſciſſę partes uiuunt.ubi.d.ꝙ aĩal in utero nõ dicit̃ ſimpl̃r aĩal,neq; ſimpl̃r uiuere:qa nutrimẽtũ ſũmit ueluti pars,licet p ꝓpriã uirtutẽ fiat nutritio in eo.Idẽ Alexã.in eodẽ libro in cap̃.de ui impulſoria.d.In aĩalibus à primis generatiõis exordiis uis altrix ineſt.alimẽto enim utit̃ iã effectũ aĩal,& in utero degẽs uiuit, & hac ſola poteſtate utit̃.Sẽſualis aũt aĩa mox aĩalibus dum naſcũtur inaſcit̃. Cõtractio enim & extẽſio nõnullarũ partiũ,qbus id qđ ĩ utero eſt ſæpius utitur,ex peculiari & addicto ſenſu nõ eſt:ſed uelut aĩati portio,per has affectiões motu agitat̃.Et nota ꝙ,ut notat Philoponus in cõmẽto ſup libro.2.de generatione animalium:hoc non debet intelligi ꝙ anima ſenſitiua quo ad actum ſit poſterior in fetu uegetatiua,ĩmo eſt una anima ſecundum eſſentiam.ſed prius apparent opera uegetatiuæ q̃ ſenſitiuæ,ita etiam tenet ibidem Albertus magnus.

Aĩaliũ,q̃dam hñt tactũ tm̃,ut ſpõgia marina & urtica marina,ſed nõ habet guſtũ,qa ſpõgia maris nutrit̃ per radices ex rebus carẽtibus ſapore,ſicut plantæ.Quædã aũt hñt ultra tactum guſtũ,ut aiũt,ut oſtrea & cocleæ,nã uidemus talia paſci rebus ſapidis,& in iſtis cernit̃ mẽbrum ſimile ori, & uertri ꝓportionale. n qbus aũt os/aut ori ꝓportionale eſt in aĩalibus,neceſſe eſt guſtũ ineẽ.talia aũt olfatu carẽt.non enim eſca talia uenant̃.Purpuræ uero & murices ultra guſtũ,hñt olfatus ſenſum.nã uidemus talia ſeq eſcam,& uenant̃ piſcatores taliaꝑper eſcã.nõ aũt hñt auditũ, qa nihil à ſonis patiunt̃ hmõi.Nõnulla uero aĩalia ultra hos tres ſenſus habẽt auditus ſenſum, ut talpa q̃ caret uiſu.Aĩalia uero perfecta hñt ultra iſtos/uiſum/q eſt p̃fectiſſimus ſenſuum.Vbi cũ in potentiis aĩæ,ſemp perfectior & poſterior inferat priorẽ,& nõ ecõtra:ſic oẽ habẽs uiſum habet auditũ, & oẽ habẽs auditũ habet olfatũ,& oẽ habẽs olfatũ habet guſtũ,& oẽ hñs guſtũ habet tactũ,ſed nõ ecõtra.Ammonius in.2.de aĩa ſup expõne tex.31.¶ Et ex hoc ſcire potes ordinem naturæ.ꝙ q̃ diſperſa ſunt in imperfectioribus,unitiue continentur in ſuperioribus,& nobiliori modo. Et hoc eſt quod plerũq; dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus.

Animalia habẽtia unam potẽtiã animæ tm̃.non proprie animalia ſed animata uiuẽtiaq; nũcupãtur.Themiſt.in.2.de aĩa.tex.cõmen.23.ubi Ariſto.d.ꝙ quædam habent unam tantum. Et ita notat Ammonius in illo loco aſſerens animal ibi accipi pro animato.

Animalia quædã magis ĩmortalitatem participãt,quædã uero minus.Illa enĩ quorũ generatio eſt

continua/

continua/magis participāt ſempiternitate,quę uero ſtatis tēporibus & deſcriptis,mō cōparēt, mō uero penitus abolenť minus. Themi.2.de aīa.cap̄.14.in expoſitione.tex.34.&.35.

Anaxagoras,ptes ſimilares & ītellectū diuinū prīcipia ſtatuit.1.phy.te.cō.32.&.33. & Them̄.ibidē.

Anaxagoras poſuit intellectum(qui eſt deus apud ipſum)ſegregare elementa quæ erant in mixto. 8.phy.cōmen.2.&.3.de anima.tex.cōmen.4.

Anaxagoras dixit intellectū īpaſſibilē affirmās & īmixtū eē.ſic enī mouebit cū ſit īmobilis, & īperabit cū ſit īmixtus.8 phy.tex.cō.37.Et Cōmēta.in cōmē.dicit,ꝙ Anaxa.fuit primus q cognouit ꝓprietates primi principii.Idē.3.de aīa.tex.cō.4.¶ Ex hoc loco collige ꝙ ad hoc ꝙ forma dn̄eť materiæ reqriť īmixtio & ſeparatio:hoc enī reqriť ad īperiū,cōtra rudes q̄ nō poſſunt imaginari primū motorē mouere orbē,niſi formalr̄ pficiat orbē,nō animaduertunt ꝙ intellectus diuinus propter ſui puritatem & abſtractionem eſt per ſui ſcientiam cauſa totius entis, ut ſcribit Cōmen.12. metaphy.cōmen.51.unde eſt maxime actiuus.nam per intelligere & uelle mouet, intellectus autem nullius corporis eſt actus.3.de anima.tex.cōmen.4.

Anaxagoras & quicūq; poſuerunt mundum de nouo genitum,poſuerunt motum localem pręcedere omnes motus.8.phyſi.tex.cōmen.77.

Anaxagoras nominat æthera pro igne,& nō bene utiť noīe.primo cœli.tex,cōmen.22.

Anaxagoras poſuit mundum ſemel fuiſſe generatum:ſed Empedo.infinities.primo phyſi.tex.cō. 32.Vide in concordantiis.

Anaxagoras infinita aſſeruit eſſe principia:& generationem & corruptionem congregatione & ſegregatione fieri aſſeruit.in prohemio metaphyſicę.

Anaxagoras recte dicit,intellectum īmixtum & impaſſibilem eē affirmans,qm̄ quidē principium motus ipſum eſſe fecit:ſic enim utiq; ſolus mouebit,cū ſit īmobilis:& imperabit cū ſit īmixtus.8. phyſi.tex.cōmen.37.conſimile ibidem.tex.cōmen.77.&.3.de anima.tex.cōmen.4.

Anaxagoras artificialiter utitur ad mundi generationem intellectu.primo meta.cap̄.2.

Anaxagoras omnia mixta eſſe dixit/prēter intellectum:hūc autem dixit impermixtum ſolū & purum.primo meta.tex.cōmen.18.idem.3.de anima.tex.cōmen.4.

Anaxagoras bonū ut mouēs dixit eē principiū.12.meta.tex.cō.55.Vide.2.phy.tex.cōmen.75.

Anaxagoras ſolus ītellectū īpaſſibilē eē dixit,& cōe nihil alicui aliorū hr̄e.1. de aīa.tex.cō.34.idē.3. de aīa.tex.cō.4.&.8.phy.t.cō.37.Et aſſeruit eū eē cām efficiētē in prīa mūdi generatiōe,ſed ī aliis rebus nō utiť cā efficiēte.Et ī hoc mordeť à Platone in Phœdone:& ab Ariſt.in.2.phy.te.cō.75.

Anaximenes & Diogenes,aerem priorem aqua,& maxime principium ſimplicium corporum poſuere.Ex erratis primi metaphyſicæ.

Anni/aliqui ſunt pluuioſi/aliqui uero ſicci/propter diſpoſitionem materiæ/uel ꝓpter illud quod accidit elementis ex corporibus cœleſtibus,uel ex ambobus.primo metheo.cap̄.4.

Anothomia/ars/corporis humani fuit perfectior tempore Galeni q̄ tempore Ariſt.Auer.in primo de partibus.colūna penultima.& in.2.de anima.cōmen.108.

Anomiomera augentur cum augentur omiomera.primo de generatione.tex.cōmen.35.

Anterius eſt principium ꝓfunditatis,dextrū latitudinis/ſiniſtrū uero lōgitudīs.2.cœli.tex.cō.8.

Anterius eſt principium ſenſationis.ſupra.

Antiqui omnes reducebant neceſſitatem in generabilibus.2.phyſi.tex.cōmen.75.&.87.

Antiqui opinabātur ꝙ formæ ſequanť materiā,& diuerſanť per materiā:& Ariſto.opinatur oppoſitum.2.phy.cōmē.87.Idem primo de anima.cōmen.53.&.2.de anima.36.&.60.Idem.2.phy.91.

Antiqui non pceperunt actum medium inter potētiam & actum,qui eſt perfectio potentiæ ſcd̄m ꝙ eſt potentia.3.phy.cō .14.Conſimile primo phy.tex.cōmen.78.& primo de anima cō.43.

Antiqui non pceperunt motus diffinitionē.3.phy.tex.cō.15.propter latentiam ſuę naturæ.

Antiqui ponentes infinitum,poſuerunt illud pro principio.3.phy.tex.cōmen.25.

Antiqui naturales omnes poſuerunt infinitum accidens principiis.3.phy.tex.cō.27.

Antiqui oēs cōuenerunt in hoc ꝙ ex nihilo nihil fit.1.phy.tex.cō.34.& Auer.in ꝓlogo tertii phy.

Antiqui oēs negauerūt cauſam agentem, p̄ter Anaxagoram & Empedoclem.3.phy.tex.cōmen.30.

Antiqui opinabantur locum eſſe neceſſarium ineſſe cuiuſlibet entis.4.phy.tex.cōmen.primi.

Antiqui ponentes uacuū/exiſtimabant ꝙ omne ens eſt corpus.4.phy.cōmē.52.& habetur ex tex.

Antiqui/quia aer eſt inſenſibilis,crediderunt ꝙ omnia plena aere ſint uacua.ſupra.

Antiqua uidetur opinio eſſe ꝙ unum/& ſuperabūdantia/& defectus/principia rerum ſunt.primo phy.tex.cō.55.ubi Auer.d.eſſe antiquam,quia non fuit inuenta à Platone.

Antiq̄ cōueniūt in diffiniēdo aīam p motū localē,& p cognitionē.2.de aīa.tex.cō.150.&.1.de aīa.19.

Antiqui dubitauerunt/utrū principia rerū corruptibiliū ſint corruptibilia/aut ęterna.8.phy.cō.15.

Antiqui omnes dixerunt corpus cœleſte non eſſe patiens:īmo omnes dixerunt ip̄m eſſe ignem/aut compoſitum in quo dominatur ignis.& maxime de ſtellis.primo cœli.cōmen.68.

Antiquorum quidam dixerūt nihil omnino generari aut corrumpi,ut Parmenides & Melliſſus, quidam uero dixerunt ſermonem contrarium ꝙ omnes res generantur,& iſti ſunt bipartiti.quidam enim dicunt ꝙ quædam ſunt generabilia & corruptibilia,quidam uero ꝙ quædam ſunt generabilia & non corruptibilia,ut Plato de mundo.3.cœli.tex.cōmen.2.&.3.

Antiqui de elementis diuerſimode opinati ſunt.quidam enim aſſeruerūt eſſe ſimplicia,& quidam ꝙ eſſent compoſita.4.cœli cōmen.20.

Antiqui negauerunt cauſam formalem,& non conceſſerunt niſi cauſam materialem.ſupra.cōmen.37.idem.2 phy.9.&.7.meta.7.&.8.

Antiquorum quidam opinati ſunt generationem & alterationem idem eſſe,quidam uero nō.primo de generatione.tex.cōmen.primo.

Digreſſio contra Simpliciū

Antiqui duo q̄dem facere/unū uero pati,poſteriorum aūt quidam cōtrarium unū quidem facere, duo aūt pati dicunt magis.primo phyſi.tex.cōmē.55.⁋Vbi notat Simplicius ꝙ Ariſto.ponit differentiam inter antiquos & Platonē:quia licet in numero ternario principiorū conuenerit Plato cū prioribus,tñ diſcrepauit in modo:q̄a antiqui poſuerūt duo principia ex parte formę/q̄a contraria erant duo ex quibus eſt actio:ſed poſuerūt unū ex parte materię.Plato aūt poſuit econtrario duo ex parte materiæ & unū ex parte formę,dicit autē Platonem dū aſſeruit unū eſſe ex parte formæ agentis,ſi per efficiens ipſe intellexit id quod eſt ꝓprie efficiēs.tunc nō poteſt hoc ſaluari de principiis quę ſunt elñta, quia tale eſt principiū extrinſecum nō intrinſecū. Si autem intellexit hoc de forma,tunc loquutus eſt ſcđm morem Pithagoreorū,qui p numeros ſignabāt res:unde formam appellabāt unum,& materiā dualitatem q̄a forma eſt cauſa unitatis/& finitudinis,& terminatiōis, ſicut eſt unitas in numeris:materia aūt eſt cā diuiſionis/& infinitudinis,ſicut dualitas in numeris eſt prima alteritas,& ab ea incipit infinitudo:ut d.Boetius in.2. arithmeticæ/ authoritate Nicomachi.Et ſubdit p̄fatus Doctor ꝙ etiam Ariſto.eſt iſtius ſententię uidelicet ꝙ dualitas ſit ex p̄te materię,q̄a primo phy.tex.cō.66.dicit.ꝙ ſubiectū q̄dē eſt numero q̄dē unū,ſpē uero duo.reducit enim Ariſt.priuationē ad materiam,& ita Ariſt.in hoc nō diſcrepat à Platone.Iſta eſt opinio Simplicii.⁋Nobis autē uidetur ꝙ opinio Ariſto.potius faueat opinioni antiquorū ponentiū duo ex parte formę:quia infra in tex.cō.56. Ariſto.d.ꝙ ad patiendū ſufficit unum:ita ꝙ cū apud ip̄m tria ſint principia:duo ſunt cōtraria & tertiū eſt ſubiectum cōmune illis cōtrariis,ita ꝙ uni cōtrarietati correſpondet unū ſubiectū.Et ſi cōtrarietas multiplicaret̄,oporteret multiplicari ſubiecta,ſicut eſt uidere ibidē.Vnde uidet̄ mihi ꝙ Ariſt. diſcrepauit ab opiniōe Platonis multū: q̄a Plato ponēs ideam,aſſerebat formas diuerſificari ex diuerſitate materię.unde aſſerebat formas dari ſm merita materiæ,Sed Ariſt.ut ſcribit Cōmē.in.2.phy.cō.85.tenebat oppoſitū,ꝙ potius diuerſitas materierum ſequat̄ diuerſitatē formarum q̄ ecōtra.unde primo de aīa.cō.52.mēbra cerui non differūt à mēbris leonis,niſi q̄a anima differt ab aīa.&.2.de aīa.com̄.60.melius eſt exiſtimare ꝙ diuerſitas formæ ſit cauſa diuerſitatis materiæ,q̄ ecōtra. Et.3.de aīa.cōmē.5. iuxta principiū.d.ꝙ diuerſitas naturæ receptæ facit diuerſitatē naturę recipientis. Et.1. de aīa.cō.90.ēt ſcribit,ꝙ oē q̄đ eſt unū & ɔtinuū,eſt unū per ſuā formā,& non p ſuam materiā.Licet igitur Philoſophus in tex.cōmen.66. ponat differentiā ſcđm rationem inter materiā & priuationem/quā ignorauit Plato:ꝓpter hoc tñ non tenuit ex numero trium principiorū modū Platonis:quia ut ipſe.d. primo phy.tex.com̄.80. eſt alius modus trinitatis iſte ab illo quē poſuit Plato. Nam Plato poſuit magnū & paruū ex p̄te materiæ:ſed non ponebat unū iſtorum eſſe priuationē & aliud materiā.Sed Ariſt.ponit materiā/priuationē/& formā:quę priuatio licet ſit idē numero cū materia,non tñ eſt eadem ſm rationē.

Antiqui omnes poſuerunt unum quatuor elemētorum eſſe principiū materiale omnium præter terram.præter ponētes leges:primo meta.cō.primo.&.7.meta.12.&.14.Idem primo de aīa.32.

Antiqui non cognouerunt de cauſis niſi materialem tantum.ſupra.

Cōtra ponentes formā corporeitatis ſubſtantialem.

Antiqui poſuerunt materiā eſſe corpus:& errauerūt:quia corpus uidetur eſſe cōpoſitum, & ideo cōtingit ei generatio & corruptio,primum aūt elementū non generatur neq; corrūpitur.primo meta.tex.cōmen.11.⁋Caueant ergo ponentes formam corporeitatis ſubſtantialem in materia.

Antiquis contingit dicere ſermonem non conuenientem in ſenſibilibus: quia intromiſerunt ſe dare cauſas rerum mobilium ex imobilibus.primo meta.cōmen.21.idem cōmē.19.&.3.cœli.tex.cō.61.&.2.

61.&.2.cœli.59 primo de generatione.7.idem primo meta.22.&.29.

Antiqui opinabantur unum dici de una intentione indiuiduali ſubſtantiali, ſicut opinabantur de hoc nomine ens,& errauerunt in hoc.primo met.cōmen.41.

Antiqui tēpore Ariſto.cognouerunt quatuor cauſas.uide primo meta.cō.50.uide in cōcordātiis.

Antiqui in maiori parte de rebus naturalibus locuti ſunt de materia,& non de forma ꝓpria rebus mobilibus:excepto Empedocle qui innuit eam,ſed non dixit eam aperte.primo metaphy. cōm. ultimo.Vide primo phy.6.&.2.phy.cōmen.9.

Antiquorum quidam poſuerunt tria genera ſubſtātiarum,uidelicet abſtractas ſubſtantias, & ſubſtantias ſenſibiles,& ſubſtantias medias inter iſtas.3.metaphy.tex.cōmen.7.

Antiqui opinabātur ꝙ naturæ elementorū ſint naturæ rerum.& iſta fuit opinio eorum qui negabant formam eſſe.5.meta.cōmen.5.idem.2.phyſi.9.&.8.meta.8.&.2.de anima.36.

Antiq de corpore qđ eſt trina dimēſio,duas opiones habuerūt.7.met.5.uide.3.cœ.60.&.4.cœ.40.

Antiqui dicebant ꝙ cognitio fit per animam & corpus:ſed cauſa ueritatis eſt anima,& falſitatis accidentis in ea,cauſa eſt corpus.8.meta.16.

Antiqui putabant ſubſtantias rerum eſſe materias earum,& ꝙ formæ nō ſunt ſubſtantiæ.12.meta. cōmen.14.authoritate Alexan.idem.2.phyſi.9.

Antiq faciūt principia oīum entiū cōtraria tm̄.Et peccant in duobus,quorū alterū eſt ꝙ principia oīum nō ſunt cōtraria,cū in prīcipiis corporū cœleſtiū nō eſt cōtrarietas.& ſcđm eſt ꝙ ſola cōtraria ſunt prīcipia.12.meta.cō.53.¶ Hinc patet error quorūdā aſſerētiū Ariſt.in.1 phyſi. iueſtigaſſe [Cōtra modernos, de qbus principiis agatur in libro p̄mo phyſi.] principia oīum trāſmutationū,tā cœleſtiū,q̄ corruptibiliū,& tenēt iſtud ēt ex mēte nedū Ariſ.uerū & ex ſnīa Cōmē.quorū ſnīę Ariſt.magis apte reclamat in primo cœli.tex.cō.20.Aſſerēs in cœlo nō eē materiā neq; cōtrariū.& in p̄nti loco dānat antiquos aſſerētes oīum principia ꝯtraria eē. & primo phy.57.&.68.fatet̄ ſe prīcipia generatiōis phyſicorū corporū ibi explorare. Et Auer.expreſſe in.12.meta.cō.5.cōtra Alex.fatet̄ Ariſt.in.1.phy.exploraſſe prīcipia ſubſtātię ſenſibilis generabilis & corruptibilis.& in.8.phy.īueſtigaſſe ſubām æternā,quæ eſt prīcipiū ſubę ſenſibilis ęternæ,& diffuſe in paraphraſi primi de cœlo in fine cōtra Aui.aſſerentē in omni corpore eē materiā, exp̄ſſe.d.in primo phy.fuiſſe declaratum talē compōſitionem ex materia & forma de corpore generabili & corruptibili.Ita.d.etiam luciḋiſſimus Themiſt.Alexan.& Simpli.in primo phyſicę auſcultationis in uariis locis ut alias notaui tibi.

Antiquū opus ē ab agēte antiquo,& nouū opus ē ab agēte nouo.ex li.deſtru.diſp.1.ī ſol̄.11.dubii.

Antiquū à Philoſophis nō cōcedit̄ reperiri cōſtitutū ex partibus nouis,inquātū illæ partes ſunt īfinitæ:ut ſunt partes motus & temporis.Et uide cauſam,in.4.diſpu.in ſol̄one.6.dubii.ubi.d.ꝙ bene concedunt Philoſophi ꝙ talia genera & eis ſimilia,prout cōſtituūtur ex partibus poſſibilibus particularibus,habēt ſine dubio cauſam extrinſecā,à qua p̄dicta genera æterna procedunt.

Antiquorū entiū q̄dā ſunt q̄ nouitatē nō recipiūt q̄ traſmutāt ſubām:nouitatē tm̄ q̄ ſubām ſubiecti nō trāſmutat,ut eſt motus localis,& locus mobilis corporis,& ſplēdor recipiūt.Sūt aūt q̄dā antiq̄ quæ nullā ꝓrſus admittūt nouitatē,ut ſunt antiq̄ incorporea.ex diſpu.12.in ſol̄o.tertii dubii.

Antiq ex cauſis q̄tuor materialē & efficiētē cognouerūt,ut Empe.q poſuit q̄tuor elementa & lucē & aīam.Et Anaxa.qui poſuit mixtionem,infinitū,& intellectū diuidētē. Formalis uero & finalis cauſa non fuit cognita uſq; ad tempora Socratis:ut.d.Ariſt.Ex cōmēto ſuper primo de partibus animalium.in colūna.2.Vide de hoc in primo meta.tex.cō.5.&.2.phyſi.cōmen.9.

Antiquorū opiniones de ſemine,aſſerētes illud ex oībus partibus ꝓuenire,fuerūt duæ,q̄rū una dixit in ſemine prodire mēbra in actu:alia uero tenuit ſemē eſſe fluxum & ſpumā oīum membrorum propter motum,& hæc fuit opinio Hippo.Auer.primo de generatione animalium in illo cap̄.ubi ponitur improbatio antiquorum.& habetur in tex.ab Ariſt.ibidem.cap̄.18.

Antiſthenes fatue opinatus eſt,nihil dici dignatus niſi ꝓpria rōne unū ī uno:ex qbus accidit nō eē ꝯtradicere neq; mētiri,eſt enī unūqđq; dicere,nō ſolū ſua rōne,uerūetiā ea q̄ alterius.5.met.t.c.34

Aper piſcis quem achelous gignit uocalis habitus eſt.4.de natura animalium.cap̄.9.

Apri & tauri animoſi & iracūdi ſunt,ſanguis enim eorum fibris refercior eſt,& taurorum ſanguis omnium celerrime coit & dureſcit.2.de partibus animalium.cap̄.4.

Apria eſt humor quem ſues tempore coitus emittunt:ſicut equę tale quid emittunt, quod Hyppomenes appellatur.6.de natura animalium.cap̄.18.

Apes & hirūdines agūt actiōes artificiales,ſine arte & cognitiōe.2.phy.cō.80.Et nota ꝙ fuit ſententia Hippo.ut recitat Gal̄.in primo libro de utilitate particu.cap̄.3.ubi.d.Naturæ animaliū indoctæ

ſunt:ut ait Hippocra.Et uide Galenũ etiam ibi hoc idem ſentientem.uide in concordantiis.

Apum generationis uaria eſt opinio.5.de natura animalium.cap̃.21.

Apes generanť ex corporibus uaccarũ mortuarũ:& ueſpæ ex corporibus ęquorũ mortuorũ:& ranæ ex putrefactiõe aq̃:& muſciliones ex uino corrupto.12.meta.authoritate Them̃.in cõmen.18. in princ.digreſſio.Vide opinioně illam Themiſt.in paraphraſi ſuper primo de aïa.ca.24.

Apes hñt intra ſe ſexum maris & feminę.ſicut plãtę.Ariſt.in.3.de generatiõe aïalium.cap̃.10.

Apes ſunt unicolores:crabrones uero & ueſpę uerſicolores.& uide cãm.5.de gene.aïaliũ.cap̃.6.

Apum reges duceſq; aculeum habent:ſed non utuntur eo.5.de natura animalium.cap̃.21.

Apum examě nõ unum tm̃ ducě habet ſed plures,qđ nõ tã principis deſiderio q̃ ortus: ut aiũt:ad quem illi neceſſarii ſunt ĩcidit.5.de natura aïa.cap̃.22.iuxta illud,pluralitas principũ mala.

Apis una ex inſectis,nullis putridis aſſidet,nec utitur alio cibo q̃ dulci.Aquam etiam libentiſſime inde haurit quam ſinceri clariſſimiq; fontes ſcaturiunt.8.de natura animalium.cap̃.11.

Apes egrotant maxime,cum ſylua flores profert eruginoſos,atq; etiam temporibus ſiccis.ex.8.de natura animalium.cap̃.27.

Apibus mos eſt ne florũ plura genera petãt uno eodemq; ꝓfectu,ſed ſingulis ſingula.uerbi grã.à uiola ad uiolã aduolãt:nec aliud attingũt/donec in ſuã aluũ redeãt.9.de natura aïaliũ.cap̃.40.

Apes necant duces,quando plures q̃ ſatis ſit habeantur,& potiſſimum improbos:ne principũ multitudo ſeditiones in examine faciat.ſupra.

Apum reges nũquã ꝓcedũt foras uel ut paſcanť,uel alia cauſa,niſi uniuerſa cũ plebe.Et ſi cũ pgũt rex ipſe forte aberrauerit:oẽs inqrere,odoratuq; ſagaci perſequi,donec inueniãt accepimus.Geſtari etiam eum à plebe,cum uolare non poteſt,& ſi perierit,omnes diſcedere.ſupra.

Ab apibus equus occiſus eſt.ſupra.

Apis mũdiſſimum eſt omnium animalium/& odit non ſolum fœdos odores,ſed etiam unguẽtorum delicias,ex quo fit ut homines iis delibutos percutiant.ſupra.

Apes an audiant/incertum eſt.ſupra.

Apes præſagiunt hiemem & imbres.ſupra.

Apoſtema quod non facit ſaniem,non habet calorem extraneum:ſicut apoſtemata quæ ſunt cauſa uentoſitatis aut duriciei.4.colliget.cap̃.46.

Ap̃ata melica raro fiũt intrinſecus:& dũ fiũt ĩcurabilia ſunt:qa nõ niſi medicinis fortibus ĩdigent: q̃s mẽbra ĩtrinſeca tollerare nõ poſſunt:eo q; horũ cura nõ fit niſi cũ ferro:qm̃ talia ap̃ata non reſoluunť niſi poſt lõgitudině tẽporis,& tũc uirtus ĩfirmi inueniť defecta.7.colliget.cap̃.29.

Apoſtemata in emunctoriis membrorum principalium exiſtentia,& quæ per uiam criſis eueniũt, non ſunt curanda cum medicinis repercuſſiuis & refrigeratiuis.ſupra.

Apparentia dicentes oïa uera eſſe:omnia ad aliqd eſſe faciunt.4.meta.tex.cõmen.26.

Apparentia refractionis cauſať ex debilitate uiſus ſicut accidit ex groſſitie medii.Auer.primo metheo.in digreſſio.de uia lactea,in media ſua expoſitione.

Appetitus eſt principiũ motionis in agẽdis rebus, id enim qđ appeti aut declinari natũ eſt, principium eſt in agendis rebus. Impulſus enĩ nihil aliud eẽ uideť q̃ aïati corporis motus,q à re aliqua quę declinari aut expeti nata eſt imaginatione gigniť.Alex.in paraphraſi de aïa.ca.de ĩpulſu.ubi uide quõ ad imaginationě rei appetibilis cõſequitur caliditas / frigiditas/& alteratio in toto.

Appetitio in materia quonã modo eſt,profecto ueriſſimũ puto q; dicitur ꝓuidentiã fuiſſe,q̃ & turpi deſideriũ honeſtatis,& ęgenti opulẽtiæ quantũ ſit ſatis iniecerit.The.primo phy.ſup tex.cõ.81

Appetitus qdem cõcupiſcentia/& ira/& uolũtas ſunt.2.de aïa.tex.cõ.27.¶ Vbi aduerte q; appetitus eſt ueluti genus,cõcupiſcentia aũt in animalibus ꝓprie eſt appetitus reſpectu delectabilis & contriſtabilis exiſtẽtis in pte ſenſitiua,ut eſt reſpectu cibi & ſiliũ q̃ delectare apta ſunt.Ira ãt eſt appetitus uindictæ,uel uictorię.Voluntas uero eſt appetitus boni ſ̃m rationě uel exiſtẽtis uel apparẽtis.ita notat Simplici.2.de aïa.27.& Alex.in paphraſi.de aïa.in.cap̃.de impulſu & impulſoria ui.

Appetitu plerumq; pciti accidit,ut nihil agamus,quoties appetitui/neq; conſilium/ neq; deliberatio ſuffragatur.Alex.in para.de anima.ca.de phantaſia. ¶ Vbi nota ordině poſitum ab eodem inter ſenſum/imaginationě/aſſenſum/impulſum,qui eſt idem quod appetitus & actionem.

Appetitus eſt in parte practicæ,ſiue actiua ui,agẽdi enim & operandi facultatě habere uidetur.eſt enĩ cauſa animalium motionũ.Senſualis autem uis in paſſione/& affectione q̃dam conſiſtit.Alex. in para.de anima.cap̃.de impulſu & impulſoria ui,& ibi require alias differentias.

Appetitus alius naturalis/alius animalis.primo phyſi.cõmen.81.

Appetitus naturalis eſt ſine cognitione.ſupra.

Appetitus animalis eſt cum ſenſu ſeu cognitione.ſupra.

Appetitus materię eſt illud qđ habet materia de motu ad recipiendum formam.ſupra.

Appetitus eſt propter indigentiam.ſupra.& tex.

Appetitus & intellectus mouentia duo eſſe uidenť:ſi quis poſuerit phantaſiã & intelligentiã quãdam. Alia animalia non habent intelligentiã,neq; rationem,ſed phantaſiam.3.de aïa tex.cõ.48.

Appetitus omnis propter aliquid eſt.3.de anima.tex.com̃.49.

Appetibile mouet.ſupra.

Appetitus & intelligentia practica mouent hæc duo.ſupra.

Appetitus & phantaſia recta & non recta.ſupra.tex.cõmen.51.

Appetitus ſunt cõtrarii adinuicẽ,cum ratio & concupiſcentię cõtrarię fuerint.ſupra.tex.cõ.53.

Appetitus alius ab intellectu, alius ab imaginatione.9.met.cõ.10. ¶ Vbi nota ꝙ Peripatetici appetitum intellectiuũ appellant uoluntatẽ, appetitũ ab imaginatione appellant appetitũ ſenſitiuũ.& aduerte ꝙ uirtus q̃libet apphẽſiua habet ꝓpriã appetitiuã ſibi correſpõdentẽ.d.enim Com̃.in.12. primæ philoſophiæ.cõ.39.ꝙ uoluptas ſeq̃tur cõprehenſionẽ ſicut umbra corpus.Et ſunt unũ in ſubiecto,& duo ſcđm modũ:ſicut deduci poteſt ex uerbis Ariſt.& Auer.in.3.de anima.tex.com̃. 49.ubi dicit ꝙ intellectus eſt mouens,ut eſt deſiderans,non ut eſt comprehendens:neq; ſecundũ ꝙ deſiderium eſt alia uirtus ab intellectu.

Appetitus principium eſt intelligentia.12.meta.tex.cõmen.36.

Appetitus eſt cauſa motus,& motus eſt in corpore.

Appetitus neceſſario eſt in corpore animato.Ex libro diſtru.diſpu.10.in ſolu.primi dubii.

Appetitus toties cõtrarii attollunť,quoties ratio cupiditati aduerſa eſt,quorũ alter,q̃a reſpicit futurum & cõſequẽs tẽpus obſiſtit & renitiť uitio:alter quia pſens, letabile attẽdit,nec ſpectat à tergo quod iminet,dat ſceleri manus & pceps agitur.Eſt enim hoc ingenium uoluptatis eius quæ ſenſus titillat, ut quum præſens eſt ſi de futuro non cogites, ſummũ bonũ abſolutumq; uideatur. Themi.aurea ſententia.3.de anima.cap̃.64.& eſt Ariſto.ibi in tex.cõmen.53.

Appetitus in homine,& cum opinione & ſine opinione eſſe poteſt.itaq; fit ut oĩs uoluntas in nobis appetitus ſit,ſed non omnis appetitus ſit uoluntas.Them.ſupra.

Appetitus irrationalis in homine,q̃ñq; mouet rationalẽ,quãdoq; uero ecõtrario.mouet tamẽ ſemper appetitus ualidior & uehemẽtior debiliorem.Themi.ſupra.& habetur ex tex.57.

Appetitio ſenſus,concupiſcẽtia & deſiderium dicitur, appetitio intellectus dicitur uolũtas.tertio de anima.29.Themiſtius cap̃.48.

Appetitio ſenſus,& ſenſus,ſunt, idem ſubiecto:& appetitio intellectus,ſeu uoluntas , & intellectus ſunt idẽ ſubiecto,ſed cogitatione rõneq; diſcrepant.Themi.expſſe.3.de aïa.cap̃.48. Idẽ Com̃.3.de anima.cõ.49.¶ Collige ẜm Peripateticos uirtutẽ apphendentẽ,non eẽ re,ſed rõne diſtinctã à potentia,ſeu uirtute appetẽte.Cuius oppoſitũ tenuit.D.Tho.& multi alii.Et potiſſimũ argumentũ eſt,quia in.3.de anima Ariſt.non fecit capitulum ſeparatum de uoluntate,ubi de intellectu ptractat,& de poteſtatibus animæ intellectiuæ.

Appropinquatio & remotio non operantur niſi in motibus,quorum motor eſt extrinſecus.1.cœli.cõmen.81.uide.7.phyſi.cõmen.10.& primo cœli.89.

Digreſſio de forma materiæ:& de duplici naturæ conſilio.

Aq̃ eſt potẽtia aer:aer aũt eſt actus q̃dã,& eſt potẽtia aq̃ alio mõ.4.phy.tex.& cõ 49.Vbi Cõmen. aq̃ eſt creata in potẽtia primitus,& prima ĩtẽtiõe ut ſit aer:aer uero eſt q̃ſi in potẽtia aqua pp formã materiæ.¶ Inde patet ꝙ deterius ſemp eſt nobilioris gr̃a:ut.d.Philoſophus in.7.politice : ſed q̃a forma materiæ eſt ipſam nõ hr̃e formã,ſed eẽ in potẽtia oẽs formæ,ſiue ſint ul'es,ſiue particulares,ſiue pfectæ,ſiue impfectæ.Iſta eni eſt forma materiæ,ipſam uidelicet eẽ priuatã oĩ forma,& hr̃e oẽm formã in potẽtia.7.meta.cõ.60.Et.1.cap̃.de ſuba orbis,materia ſubatur p poſſe,& potentia eſt dr̃ntia ſubalis eius.2.phy.cõ.15.priuatio in materia nõ eſt priuatio ſimplr̃,ſed eſt ſicut forma materiæ:&.12.meta.cõ.18.oẽs formæ ſunt in actu in primo motore,& ſunt in potentia in pr̃ia materia. Alio mõ igiť aq̃ ut.d. Ariſt.in tex.& Auer.in cõmẽto dr̃ eẽ in potentia aer,& alio mõ aer diciť eẽ in potẽtia aq̃:q̃a in aq̃ eſt potẽtia tã ex pte materiæ,q̃ ẽt ex parte naturæ agẽtis pp finem,q̃ nõ errat:cũ rememoreť ab intelligẽtia nõ errãte,& ideo ex eius intẽtiõe primaria,& ex eius prio cõſilio fuit ut uiliora ordineť ad nobiliora.Sed in aere nõ eſt potẽtia aq̃,niſi pp materiã q̃ ĩdiſcriminatim & cõfuſæ habet oẽm formã.In fundamẽto eni naturæ nihil diſtinctũ eſt.ſed non eſt ibi potẽtia q̃ dirigať ad actũ ab agẽte pp finẽ ex prima intẽtiõe,& ex primo cõſilio,ſed ex ſcđo,q̃a ẜm

naturæ agẽtis cõſiliũ eſt,ut oẽs formæ q̃ ſunt in poteſtate materiæ,educant̃ ad actũ alioq̃n potẽ/ tiæ paſſiuæ materiæ nõ correſpõderet potẽtia actiua primi motoris adeq̃te,& accideret ꝙ potẽ/ tia illa materiæ eẽt fruſtra:& nõ oẽ qđ eſt poſſibile ex p̃te paſſi eẽt poſſibile ex parte agẽtis, quod eſt falſum,& cõtra Ariſt.in.4.met.in cap̃.de poteſtate,& in.9.tex.cõ.2.ubi diffinit potẽtiã paſſiuã per actiuã,& ecõtra.Et Cõmẽ.ibi.d.in cõmẽto.imo Ariſt.in tex.ꝙ in diffinitiõe cuiuſlibet poten tiæ paſſiuæ accipit̃ diffinitio potẽtiæ primæ materiæ:& in diffõne cuiuſlibet potẽtiæ actiuæ acci pit̃ diffinitio actiõis primæ formæ.Et ne uideat̃ tibi ſmo extraneus de duplici naturæ cõſilio:ui de frater mi Auer.in ſiſi in primo cœli & mũdi.in cõ.20.Placuit aũt nobis in hoc digredi,quia lo/ cus ille multos in errorem detruſit,ponẽtes formam corporeitatis de mẽte Auer.ſed uideãt q̃ſo ipſi Auerroem ſeipſum declarantem quæ ſit forma materiæ.7.metaphy.cõmẽ.ultimo.

Aquæ ſuperficies ſpherica eſt.2.cœli.tex.cõmen.30.Et ibi demonſtratur.

Aqua ſemper nata eſt fluere in magis concauũ:tale autem eſt quod eſt centro propinquius.ſupra. tex cõmen.31.& ibi uide Auer.quomodo hoc intelligatur.

Aqua uidetur magis recipere figuram rotundam quã terra , propterea ꝙ eſt corpus liquidum,& de facili deſcendit ad centrum.ſupra.cõmen.

Aqua non naturaliter mouet̃ ad mediũ totius,niſi terra eſſet extra ſuũ locum naturalẽ.ſupra.

Aqua,licet non nutriat,tamen eſt utilis,quia facit nutrimentum penetrare ad anguſtas partes cor/ poris.Galenus in.4.de utili.particu.cap̃.5.

Aq̃ uniuerſum.ſ.mare.ſi non ſentiret̃ tũc ex hoc ꝙ uideremus ꝙ oẽs fluuii currũt ad mediũ:ſcire mus ꝙ inter aerẽ & terrã eſt locus eius,& ꝙ uniuerſum aq̃ eſt in illo loco.4.cœli.com̃.32.

Aqua facilius mouetur ad locum terræ q̃ ad locum aeris,& aer facilius mouetur ad locum aquę q̃ ad locum ignis.4.cœli.cõmen.39.

Aquã ꝑpterea primũ ſubiectũ eẽ credebat̃,ꝙ & ĩformiſſimũ uideret̃,& lõge carẽtiſſimũ figura.2. phy.Themi.ſup tex.7.uide etiam aliã cãm poſitam ab Ariſt.in primo primę philoſophię.

Aqua eleuatur in uaſe ignito ſuppoſito aquæ,& aer non eleuat̃ qui eſt in eo.Et expoſitores huius problematis non poſſunt reddere cauſam:quã tu require ab eo.4.cœli.com̃.39.

Aqua ſpõte mouet̃ ad locũ terræ,& uiolẽter mouet̃ ad locũ aeris.Aer autẽ ſponte mouet̃ ad locũ aquæ,& uiolenter ad locum ignis,ſed ignis uiolenter mouetur ad locum aeris : & terra uiolen/ ter mouet̃ ad locũ aquę.4.cœli.com̃.39.Vide in concordantiis.

Aqua non calefit dum fuerit aqua pura.2.de anima.cõmen.115.

Aqua à uulgo conſueuit exiſtimari dum liquefactio remanet in ea:& ideo exiſtimatur frigiditatẽ non eſſe inſeparabilem ab aqua,ſicut eſt caliditas inſeparabilis ab igne:ſed in rei ueritate non eſt aqua pura,ſed admixta.2.de anima.cõmento.115.

Aqua & terra dñantur in generatione corporum omogeneorum.4.metheo.cõmen.primo.

Aqua non ingroſſatur ſola humidorum.4.metheo.tex.cõmen.21.

Aq̃ ꝑpriiſſime eſt humidi,& terra ſicci/ſupra.tex.cõ.29.idẽ.2.de generatione.tex.cõmen.23.

Aq̃ mollis nõ eſt.nõ enĩ cedit imp̃ſſiõi ſup̃ficies in ꝓfundũ,ſed ecõtra circũſtat.4.metheo.te.cõ.43.

Aqua & aer ſunt media inter materialia & formalia:licet ignis ſit ueracius mediũ ĩter materiam & formam:& ſunt media in ſenſu uiſus.3.colliget.cap̃.38.de uiſu & accidentibus ei.

Aqua feruẽs calidior eſt q̃ ignis exiguus:q̃uis citius refrigeſcat,q̃ppe q ignis q̃uis exiguus , nũq̃ fri/ gidus fieri poſſit.ex.2.de partibus aĩalium.cap̃.20.Vide in cõcordantiis nuper editis.

Aqua feruens plenius calefacit q̃ flamma:ſed flamma urit aut liquat rem uri aut liquari idoneã, quod aqua efficere non poteſt.ſupra.

Aqua feruens calidior ſentitur:ſed celerius refrigeſcit & cõgelaſcit q̃ oleum.ſupra.

Aq̃ natura uiuacior eſt q̃ natura terræ:& ideo aĩalia aq̃tilia ſunt multiformia & plura q̃ aĩalia ter/ reſtria.Auer.in.3.de genera.aĩaliũ.cap̃.de generatione apum in fine.& elicitur ex mente Philoſo/ phi ibidem in princ.cap̃.11.ubi agit de generatione & ortu teſtatorum.

Aquæ crudæ ſterilitatem aut partum femineũ faciunt.4.de generatione animaliũ.cap̃.2. Vide etiã in.6.de natura animalium.cap̃.19.ubi agit de coitu fetuq; ouium & caprarum.

Aquæ calidæ efficiũt colorẽ albũ,frigidæ uero nigrũ.Ariſt.in.5.de generatiõe aĩaliũ.cap̃.6.& ibi ui/ de in q̃bus aĩalibus hoc uerificet̃.uide etiã hoc clare in.3.de natura aĩalium.cap̃.12.de duobus flu uiis in Antãdria,quorũ alter candorẽ,alter nigritiem in pecoribus facit,& de Scamãdro q flauas reddit oues:ideoq; Xanthũ ꝓ Scamãdro apud Homerũ nũcupari autumãt.Vide ẽt ibi de amne Thraciæ quẽ Pſyorũ uocãt,qui nigras oues ꝓducit,ſi ipſius aquæ ante coitum bibantur.

Aqua ordei quomodo fiat. Vide.5.colliget.cap.31.
Aqua melior ſm Hippocraté eſt aq̄ fontiũ oriẽtaliũ, quæ ſcaturit ex terra q̄ nõ habet groſſam ſubſtãtiã, nec luteã, ſed eſt mediocris:& ꝓpterea eſt ſubtilior & leuior, & cito ꝑmutat̃ à calido & frigido. Sed Raſis ſentit ꝙ melior aq̄ eſt fluminũ magnorũ ductuũ. Et mihi uidet̃ ꝙ Raſis nõ laudarit flumina magna groſſa, niſi ꝓpterea qa ſol opat̃ in eis unã opationé/p quã ſeparant̃ ptes groſſæ à ſubtilibus. Sed opus qđ fit in aq̄ eſt diuerſum ab aq̄. Sed quod inſpiciendum eſt in aqua eſt diuerſitas terrarum: quia non poteſt eſſe in eſtate qn fluant ad flumina aquæ multitudo & pluuiæ. Et propterea, quanto plus elongatur flumen à ſuo ortu/tanto eſt deterius. Vbi finaliter concludit opinionem Hippocratis eſſe magis ueram.5.colliget.cap.38.de aquis.
Aq̄ calida/q̄ eſt ĩter calidã & frigidã tẽperata/corpus refrigerat & humectat, & paucã diſſolõné operatur:& in hac pauca diſſolõne abſtergit ſorditié q̄ in cute retinent̃.6.coll.ca.3.de balnei iuuaméto.
Aq̄ grauis eſt reſpectu aeris/& leuis reſpectu terrę, & ideo ſi eét in centro mũdi.ſ.in loco naturali terrę, moueret̃ ad ɔcauitaté aeris.1.cœli.cõ.17. Conſile de aere ſi poneret̃ in loco ignis, ut patet.1.cœli.cõ.8.cõtra Ioã.grãmaticũ ponẽtem loca mediorum nõ eſſe ſpecie diſtincta ab extremis.
Aqua quodãmodo & aer cõtinent̃ ſub deſcriptiõe grauis & ſub deſcriptiõe leuis:ſed in aqua magis abundat grauitas, quia deſcendit in duobus elementis, in aere uero magis abundat leuitas, qa in duobus elementis aſcendit. primo cœli.cõmen.17.
Aquæ ſunt duæ ſpecies, una eſt ſub terra, reliqua ſupra teꝛram, & quęlibet iſtarum ſpecierum uel fluit uel ſtat. cap.5. primo metheo.
Aqua etiam ſub terra generari poteſt, ex aere qui eſt infra terram, cum adiuuabitur per locum cõuenientem huic, ſm diſpoſitionem conuenientem ei ſupra terram. ſupra.
Aqua non eſt exhalabilis, ſed uaporabilis: econtrario autem oleum eſt exhalabile ſed non uaporabile.4.metheo.tex.cõmen.48.
Aquila ſola apud homines diuina perhibet̃.9.de natura animaliũ.ca.32. Et ibi uide unde locus datus ſit fabulæ de homine conuerſo in aquilam/qui hoſpiti iniuriam intulit.
Aquila ſuos pullos excludit, quos oſſifraga libẽter recipit, tuetur, & alit. ſupra.cap.33.
Aquila utplurimum tria oua edit, ſed binos pullos excludit, ut ex uerſu quem ad Muſeum authorem referunt. Excludit binos, edit terna, educat unum.6.de natura animalium.cap.6.
Aquilonis flatu mares potius concipiunt, auſtri feminæ. Vis tanta eſt aquilonis ut uel ea quæ nõ niſi feminas pariant inuitet ad prolis maſculæ procreationem. Ariſto.in.6.de natura animalium.cap.19. ubi agit de coitu & fetu ouium & caprarum.
Aranei ſtatim cum editi ſunt fila mittunt, non intrinſecus tanquã excrementum (ut Democritus ait) ſed extrinſecus de ſuo corpore ueluti corticem, more eorum quæ ſuis uillis iaculantur, ut hiſtrices.9.de natura animalium.39
Architectores/manu artificibus circa quodlibet honorabiliores, & magis ſcire putamus, & ſapientiores eſſe, quia factorum cauſas ſciunt. Ex prohemio metaphy.
Architas approbauit terminos q utriuſq; ſunt.i.diffinitiões datas p materiã & formã.8.met.t.cõ.6.
Argentum uiuum & oleum ſunt plus aeris.4.metheo.tex.cõmen.43.
Aridum, ſicci eſt.2.de generatione.tex.cõmen.12.
Arietes in africa ſtatim cornigeri generantur, nec ſolum mares (ut Homerus ſcribit) ſed etiam feminæ.8.de natura animalium.cap.28.
Ariſtippus mathematicus ſcientias deſpexit.3.meta.tex.cõmen.3.
Ariſtoteles tres ſciẽtias inuenit/logicã/naturalé/& diuinã. & nullus error inuẽtus eſt uſq; ad hoc tẽpus, qđ eſt mille & quingẽtorũ annorũ. Et talé diſpoſitioné eſſe in uno indiuiduo potius eſt miraculoſum q̄ humanũ. Auer.in ꝓlogo primi phy. Conſimile uide in.3.de aĩa.14.& in.3.metheo. ultimo/in expoſitione media.& in.2.cœli.com̃.primo.&.12.meta.cõ.14.&.1.de genera.cõ.38.
Ariſtoteles ea q̄ ſunt manifeſta p ſe, quãdoq; ponit ꝓ manifeſtis/apud eos q innati ſunt recipe illud quod eſt manifeſtũ p ſe. Et quãdoq; utit̃ in declaratione eorũ ꝓpoſitionibus famoſioribus eis ad cõfirmandũ eas, & ideo quãdoq; fit iteratio ſermonis.2.phy.cõ.85.¶ Collige ex hoc hãc eſſe unã cãm reiterationis in ſcientia. Alia cauſa tangit̃ ex diuerſitate cõſideratiõis, & hoc obſeruauit Ariſt. in prima philoſophia/ubi multas demõſtratiões philoſophicas reiterauit, ſed altiori modo: ut.d. Cõmen.2.meta.cõ.6. Tertia cã eſt ad rememorandũ, & hoc ꝑcipue obſeruat in logica/ut dicũt expoſitores in libro priorũ. Idem habet Com̃.2.phy.cõ.90. Quarta cã eſt quãdo ordo ſcientiæ hoc requirit. uide.3.phy.cõmen.48.de reiteratione tracta.de infinito, in libro de cœlo.

Ariſto.cõſuetudo eſt p̄ordinare ſermones logicos ſermonibus demonſtratiuis,qui habent cum cognitione rei, diſſolutionem illorũ ſermonum cõtrariorum.4.phyſi.cõ.3.&.2.de anima.com̃.136.&.3.meta.cõmen.primo.quod quomodo ueritatem contineat.uide in concordantiis.

Ariſtoteles utit̃ exẽplis rhetoris,pp difficultatẽ imaginãdi.4.phy.cõ.84.&.1.phy.81.&.3.de aĩa.14.

Ariſto.ut dicitur,compoſuit philoſophiã extraneam.4.phyſi.cõmen.87.Et ibi uide quid ſit philoſophia extranea.uide etiam primo cœli tex.cõmen.100.

Ariſt.in ĩueniẽdo diffinitiões,multotiẽs utit̃ uia ablatiõis,q̃ uiã dãnauit Alpharabius.4.phy.c.101.

Ariſto.plerũq; adducit exẽpla in literis,ut ſermo eius ſit magis manifeſtus.6.phy.com̃.16.

Ariſtoteles & oẽs Peripatetici dicunt hic eſſe trãſmutationes q̃ fiunt in non tẽpore.6.phy.cõ.32.

Ariſto.in.7.phy.uerſus finẽ non loquitur niſi de motoribus materialibus.Auer.7.phy.cõ.35.

Ariſtotelis prima intentio eſt in.8.phyſi.pertractare de primo motore:ideo quæſiuit utrũ motus ſit antiquus uel nouus.8.phyſi.cõmen.primo.

Ariſt.opinio non eſt ut ante motũ continentẽ totum ſit motus,aut ante tranſmutationem quæ eſt prima tranſmutatio/ſit tranſmutatio.8.phy.cõmen.primo.

Ariſto.opinio fuit ꝙ principia trãſmutationis ſunt q̃tuor q̃litates,caliditas/frigiditas/humiditas/&ſiccitas.Sed opinio antiquorũ fuit ꝙ principiũ trãſmutatiõis ſunt raritas & dẽſitas.8.phy.cõ.55.

Ariſtoteles opinatus eſt impoſſe eſſe/aliquid eſſe æternũ/in quo eſt potentia ad corruptionẽ.& hoc demonſtrauit in fine primi de cœlo & mũdo,contra Alexan.Com̃.8.phyſi.cõmen.79.& eſt cõtra opinionem Platonis,& Auic.idem primo cap̃.de ſubſtantia orbis.&.12.metaphy.41.

Ariſtoteles primo inuenit & ſciuit naturam primæ materiæ principalr̃.primo phy.com̃.78.

Ariſt.ſcripta atq; cõmentatiões ſunt duarũ ſpẽrũ,una eorũ q̃ exteriora noiabat,altera uero q̃ auſcultatoria.Vide ꝓ hoc Simpliciũ clare/in ꝓlogo phy.& uide etiam ab Auer. in primo cœli.100.

Ariſto.uia eſt minoris ambiguitatis in philoſophia,& remotior à contradictione:& ideo ſuſtentati ſumus ſuper ſententia eius.Auer.2.cœli.cõ.primo.authoritate Alexan.&.12.meta.18.

Ariſtotelis ĩtẽtio eſt in libro de cœlo & mũdo ingrere de mũdo,eiuſq; primariis partibus,& de oĩ inſup q̄d mũdũ ip̄m,parteſq; primarias cõſequit̃.Auer.ſnĩa in paraphraſi libri de cœlo.in princ.& in.3.cœli.cõ.1.& ultimo.ubi notat ꝙ aliter cõſiderant̃ elemẽta in libro de cœlo, & aliter ĩ libro de generatiõe:qa in ſcĩa libri de cœlo cõſiderant̃ inquãtũ ſunt partes mũdi:in ſcĩa aũt libri de generatiõe,inquãtũ ſunt cauſæ corporũ cõpoſitorũ.¶ Ex quo patet Auer.nõ diſcrepare ab Alexã.in ſubiecto iſtius libri:ſicut qdã ſibi falſo ĩpoſuere ꝙ ſit corpus ſimplex ut tenuit Simplicius.

Cõtra Pet.Põponacium.

Ariſt.utit̃ diuiſiõe & ĩductiõe,ĩ declaratiõe eorũ q̃ ſunt latẽtiora primis cognitionibus/& aptiora primis q̃õnibus.1.cœ.cõ.2.&.6.phy.41.&.2.phy.cõ.3.&.1.priorũ.ĩ digreſ.de ſyllo̾ hypothetico.

Ariſto.conſueuit adducere rationes famoſas poſt rationes certificantes.primo cœli.cõmẽ.2.idẽ primo de anima.cõmen.65.uide in concordantiis.

Ariſto.fuit primus ex Græcis qui poſuit cœlum eſſe ĩgenerabile,& incorruptibile:ſed fuit opinio antiqua Caldeorum.primo cœli.cõmen.22.&.102.

Ariſto.utitur ſermonibus ꝓbabilibus duobus modis/aliquando p̄inducẽs eos añ demõſtratiuos,& ad exercitãdũ,& dubitandũ,& aliquãdo poſt/ut faciat conuenire.primo cœli.cõ.85.

Formæ quæ ſunt hic ſcd̃m aſtrologos obediunt formis cœleſtibus. 12. metaphy. cõmen, 50.

Forma artificialis quæ eſt in materia, & quę eſt in aĩa medici eſt eadẽ, quãto magis in rebus ĩtelligibilibus quibus nõ admiſcetᷓ materia. 12. meta. cõ. 51. Vide in cõtradictiõibus nuper editis.

Forma & anima diuiduntur diuiſione ſubiectorũ. ex libro deſtru. diſpu. 1. in ſol. 8. dubii.

Forma duplex habet eẽ ſeparatũ materia ꝑ ĩtellm̃ & eſſe ſenſibile. ex diſp. 3. in ſolu 18. dub. ubi dicit lapis ſine dubio habet materialem formã in materia, & aliam formã quæ eſt intellectio & compr̃henſio facta in anima, prout anima rationalis capit eam ſeparatam.

Formæ apud Peripateticos nõ ſunt ſcientes ꝓut in materia cõſiſtunt, & ſi forte inueniretᷓ aliquid in materia nõ cõſiſtẽs manifeſtũ eſt ꝙ eſt pura ſcientia. ex lib. deſtr. diſp. 6. in ſolu. 2. dubii.

Formæ naturales aliquo modo à materia ſeparatę inueniuntᷓ, & ſunt pura ſcĩa & intellectus, & ĩtellectus in eſſentia nihil aliud eſt à forma rerũ à materia ſeparatarũ. unde poſtq̃ res q̃ de ipſarũ naturis nõ ſeparãtur ſic ſe habẽt, quãto magis illæ quæ de natura earum continue ſeparantᷓ, digniores ſunt in hoc ꝙ ſint purus intellectus & pura ſcientia. ibidem.

Formæ ſignum Ph̃i ſumpſerunt ex operationibus, & ſignũ ſubiecti ſumpſerũt ex paſſionibus: ĩpoſſibile enim eſt ꝙ actio & paſſio ab una & eadẽ natura ꝓcedant. ex diſtĩ. 6. in ſolu. 6. dubii. idem. 4. cœli. cõ. 2. &. 12. metaphy. cõ. 14. &. 4. phyſi. cõmen. 38. & in. 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Forma in rebus compoſitis ex materia & forma/ut ex duabus naturis/eſt ſolum comprehẽſa ab intellectu, quia formæ ſunt intelligibiles & intellectæ quando intellectus humanus ſeparauerit eas à ſubiectis earum. ex diſpu. 6. in ſolutio. 6. dubii.

Forma eſt per quã ens eſt ens, & ab ea ꝓuenit opatio in quolibet ente. ex diſp. 10. in ſolu. 2. dubii.

Formarũ materialium q̃dã ſunt propinquiores ad actum q̃ aliæ, ꝓut magis purificantur à paſſiõe quæ eſt ſignũ materiæ. ex diſt. 10. in ſolu. 2. uide de elementis exẽplũ. 2. cœli. cõ. 32. &. 3. cœ. cõ. 67.

Formæ ſignũ apud Ph̃os eſt operatio, & materiæ ſignũ eſt paſſio. ex lib. deſtruc. diſpu. 6. in ſolutione. 6. dubii. & ex diſputa. 10. in ſolu. ſecundi dubii.

Formæ ſubſtãtiales ſm̃ Ph̃os non agunt adinuicem, ſed in accidentibus omnes conueniunt ꝙ calidum agit calidum ſibi ſimile, & omnes aliæ qualitates quatuor. ex diſputationibus phyſicis in diſputa. 1. in ſolutio. 4. Hoc etiam habetur à Ph̃o in libro de ſenſu & ſenſato, ubi dicit, ꝙ ignis nõ agit inquantum ignis, ſed inquantum calidus.

Forma una non habet niſi unam materiam. ex com̃. ſuper. 2. de partibus aĩalium. in cap. de carne.

Forma eſt ꝑ quã aliqd eſt unũ, alioqn aliqd eẽt unũ ꝑ aliqd poſterius. Auer. in. 3. de partibus aĩaliũ. cap. de corde. ubi arguit cõtra Gal. Platonem & Hippocratẽ ponentes plures aĩas in uno & eodẽ animali. aduerte tamẽ unũ ꝙ licet Auer. & multi ex Latinis aſcribãt iſtã opinionẽ Platoni: Themiſtius tãmen oppoſitũ ſentit in ſua paraphraſi ſuper primo de aĩa in cap. 2. inquit enim ſit ridiculũ ut diuinus inquit Plato tãq̃ Troianum equum inſideant plures animas in quolibet homine cõtineri, ſed ſingulas in ſingulis quæ partibus in differentibus conſtent.

Forma una non eſt niſi in una materia. ex primo de generatione aĩalium. cap. 1. Auer.

Formã unã habere unã materiã eſt ſuppoſitio in ſcĩa naturali, ſicut naturã eẽ: & multa alia ꝑ ſe nota. Auer. in. 1. de generatione aĩalium. in digreſſione contra Galenum: utrum ſemen mulieris concurrat actiue ad generationem. idem. 8. phyſi. cõmen. 46.

Formã habere partes quarum q̃dam ſunt in una materia, & quædã in alia materia impoſſibile eſt, uerbi gr̃a/corpus aĩalis qd̃ eſt ſubtũ ꝓpinquũ aĩæ uidetᷓ ꝙ eius partes non poſſunt hr̃e materias diuerſas, q̃uis partes ſui corporis q̃ ſunt ſicut ſubtũ ꝓpinquũ reperiantᷓ ĩ diuerſis modis ueluti in diſcrepantia mẽbrorũ ſimilariũ in ſe in duritie & mollitie etc. Auer. in. 1. de gene. aĩaliũ. cap. 1. ubi ponitur improbatio antiquorum in col. 7. ex quo collige contra ponentes formas partiales ſpecie ſubſtantialiter differentes. Contra ponẽtes formas ꝑtiales.

Formæ agentis conditio non eſt ut ſit in materia eiuſdem ſpẽi cũ materia in quã agit forma, exẽpli gratia, forma agens ipſius lecti reperitur in anima artificis quæ differt à materia formæ lecti, q̃ eſt lignum. Auer. in. 2. de generatione animalium. capl̃o. utrũ ſemen ſit animatum.

Forma & efficiẽs ꝓpriũ & determinatum tp̃s habet ſibi ad agendum, & ſimiliter materia ad patiendum habet tempus proprium & determinatum, & q̃uis tempus ueraciter formæ non attribuatᷓ ſed materiæ, tamen hoc eſt dictum in formis abſtractis, uerũ etiam in formis relatiuis hoc poteſt dici ꝙ dictum eſt. 4. colliget. cap. 38. de ſignis criſis, quod ſic intelligo: tempus enim habet ſecum

annexam ſucceſſionẽ,ſed ſucceſſio cauſatur ex reſiſtentia paſſi ſeu mobilis,& reſiſtentia cauſatur ex cõtrarietate.4.phyſi.cõ.71.materia autẽ eſt ſubiectũ contrarietatis,& eius eſt ꝓprie pati & reſiſtere non formæ,quia illius proprium eſt agere & mouere,hoc aũt dictũ principalr̃ ueritatẽ habet in formis abſtractis,q̃ ſunt abſolutę à ſubto pro quanto non ſunt conſtitutæ in eſſe per ſuum ſubiectum.& ideo tales nullo modo ſunt patientes/neq; per ſe/neq; per accidens,ſed ſolũ ſunt agẽtes.9.metaphy.cõmen.2.tamen hoc etiam ueritatem habet in formis relatiuis,formas autẽ relatiuas(ni fallor,)appellat iſtas formas materiales q̃ ſunt conſtitutę in eſſe per ſubiectũ quibus competit agere per ſe,& cõpetit pati p accidens,forma enim inquantũ forma mouet̃,ſed ut eſt forma in materia patit̃ & mouet̃.4.cœli.cõ.24.&.3.cœli.cõmen.28.& ideo etiam in talibus formis relatiuis ueraciter & p ſe loquẽdo tẽpus attribuitur materiæ & nõ formæ.ex hoc īferas unũ pulchrũ & ſubtile ualde,ꝙ licet tẽpus ſit/aut motus/aut paſſio q̃dã mouens.ut dicit̃.12.meta.cõ.& tex.29.&.4.phyſi.tex.cõmen.90.eſſentia tamen motus magis dependet à motore.12.metaphyſi.cõmen.41.licet quo ad denominationem magis attribuitur mobili,qa motus eſt in mobili & non in motore.3.phyſi.tamen tempus magis denominatur pati mobilis q̃ agere motoris.& ideo quo ad denominationem eſt differentia,quia motus denominat mobile non motorem,ſed tempus ueraciter magis attribuitur mobili q̃ motori

Forma dicit̃ multis modis,nã quãdoq; ſumitur ꝓ formis corporũ ſimplicium non organicorum.quãdoq; pro formis corporũ organicorũ,& iſtæ ſunt animæ,quandoq; formis corporũ cœleſtiũ quæ ſimilãtur partibus ſimplicibus pro quãto ſunt nõ organica,& partim organicis,ꝓ quãto ſũt mobilia rõne illarũ,& quandoq; ꝓ q̃litate & quantitate aduenientibus mixto īquãtũ mixtũ,& ꝑ hunc modum differunt formæ corporum ſimilariũ partiũ,& acquirunt diuerſas ꝓprietates. ex paraphraſi metaphy.tracta.1.cap.de forma.Ex quo patet diffinitionem animæ nõ competere intelligẽtiæ cõtra modernos,tum qa corpus cœleſte proprie nõ eſt corpus organicum compoſitũ ex partibus conſimilaribus,tum quia non eſt habens uitam in potentia.Et omnes Græci expoſitores,ut Alexander in principio ſuæ abbreuiationis de anima.& Themiſt.1.de anima.cap.& Ammonius & Simplicius uolunt ſolum illam diffinitionem competere uiuentibus generabilibus & corruptibilibus.unde Simplicius in principio.2.de aĩa,& alibi plerũq; notat hoc.Amplius ſeq̃ret̃ ꝙ intelligentia quidditatiue conſideraretur à naturali,quia cognitio per diffinitionem eſt cognitio quidditatiua,nec reſponſio chimerica ualet ꝙ habet duas quidditates,quia unius rei non eſt niſi una quidditas præſertim in rebus per ſe ſubſiſtentibus,ſicut eſt intelligentia ſeparata.

Forma mixti eſt ſupaddita formis elemẽtorũ,neq; eſt elemẽtũ,neq; eſt cõpoſita ex elementis.& uide rationem in paraphraſi metaphy.trac.2.col.12.

Forma eſt cauſa ut res ſit intelligibilis,& materia eſt cauſa ut res ſit ſenſibilis.ex trac.2.in paraphra.metaphy.col.15.idem primo cœli.cõmen.95.

Formarũ eſſe intelligibile Ariſt.diſtinxit ab eſſe earum ſenſibili:etenim eſſe intelligibile nõ habẽt extra intellectum inquãtum eſt intelligibile:habẽt tamẽ eẽ extra intellectũ inquãtum ſunt ſenſibiles in tracta.3.paraphraſis metaphy.col.11.ibi,& dicamus ꝙ iam fuit oſtenſum hic.

Forma & finis ſunt agentia quodãmodo ſimilitudinis.Auer.in paraphra.meta.trac.4.col.14.

Forma naturalis nõ põt niſi ſola rõne à materia ſeparari,ſepatio enĩ talis formæ eſt eius interitus.Alexã.in paraphraſi de aĩa.in cap.de intellũ agẽte.& idem habet Cõmẽ.in.4.phyſi.cõ.18.

Formæ quæ ſunt hic cum habeant eſſe in ſubſtantiis ſeparatis nobiliori modo q̃ in materia,quæri poteſt,quia ſi ibi ſunt in eſſe nobiliori,deinde fuit neceſſe ut habeant eſſe ignobilius. Et uide ſolutionem iſtius dubii.ibidem.col.16.ubi dicitur ꝙ hoc fuit neceſſarium propter ſuum ſecũdum eſſe,quia eſſe eſt nobilius quàm non eſſe.

Forma eſt à qua res eſt id qđ eſt nõ à ſubto.Them.in.2.phyſi.in tex.11.idem habet̃ in.2.de aĩa.te.cõ.7.idẽ.73.Com̃.1.de aĩa.cõ.90. Et ideo licet materia & forma ſint partes eſſentiales compoſiti eſſe,tamen & unitas eſt à forma non à materia,quia materia ſolum eſt ut ſubiectum.

Forma à materia non re ipſa/ſed ratione abiungitur.2.phyſico.tex.cõmen.12.idem Themiſtius & Cõmenta.ibidem.idem Cõmen.in.12.primæ philoſophiæ.cõ.39.

Forma & finis tunc coniungunt̃ atq; concurrunt,cũ ex rei diffinitiõe ſtatim apparet melius ac potius rem illo modo q̃ alio quouis ſe hr̃e,ꝙ in rebus naturalibus paſſim aduetere eſt:quum uero nõ ſtatim appet,tũc eſt forma ſolũ,& nõ habet rationẽ finis,ut in mathematicis cernitur. Themiſtius in.2.phyſi.ſuper tex.74.idem etiam tenet Auer.ſub uerbis obſcuris.ibidem.ſed eſt eadem ferme ſententia.gloſat etiã Auer.de fine generatiõis ꝙ eſt idẽ cum forma rei generatæ: fallit autẽ

de fine

de fine rei generate.ut patet.2.phyſi.cõmen.70.&.24.&.8.metaphy.cõmen.12.

Forma preſſius,ſi quis de me quærat,id terminus non nũcupatur,utpote quæ nõ ſit ſupficies,ſed ratio & id qđ ſub hoc uerbo qd ſit ré eẽ ꝑcipit,niſi qs dignatiõi eius hoc tribuat quatenus materiam fuſam diffluẽtemq; q̃ſi coherceat finibus & intra certos limites reuocat,ueluti norma q̃dam menſuraq; rerum ac numerus.Themiſtius.4.phyſi.ſuper.35.

Formæ nõnullæ mouere dicunt̃ ut aíal aía,& lapidẽ grauitas,nõ tñ ab his mouent̃ illa q̃tenus ꝓcreant̃.i.q̃tenus ad ea genialis trãſmutatio inita eſt.hec.n.grauitas lapideſcẽtẽ & cõcreſcẽtẽ uapore ꝓgignit,ipſa alioqn motus in his neceſſario haberet quod ſtatim conuincitur eſſe falſum,quoniam in rebus motis non in mouentibus motum eſſe eſt perſuaſum. Themiſtius.5. phyſi. tex.4. Ex quo habetur ꝙ forma non mouet ut terminus motus,ſed ut agens.

Forma aut naturalis/aut mathematica/aut artificiaria eſt, naturalẽ & phyſici & dialectici occupãt, ſed dialectici materiã negligũt phyſici accurãt.Theñ.1.de aía.17.& colligit̃ ex ſnia Ariſ.ibi.t.c.16.

Forma ẽ rei cã quãtũ ad eẽ,materia uero quo ad fieri.Theñ.2.de aía.i pric.& ibidẽ.ca.6.inq̃t. ſicut à forma res habet ut ſit,ita ẽt à forma habet ut ſit unũ.Alex.ẽt in paraphraſi de aía.ubi oſtẽdit animã eẽ formã.inq̃t.à ſpecie res habet ut ſit,uide ẽt Alexã.ibidẽ i.1.cap.ubi dicit.ꝙ forma ẽ à q̃ unũquodq; eſt id qđ eſt,& ꝙ dña rei eſt ꝑ formã nõ ꝑ materiã.Et elicit̃ ex tex.ibidẽ tex.cõ.7.ens & unũ quum multis modis dicant̃ qđ uere eſt actus eſt,ubi Themi.aſſerit,quot modis autẽ eſſe qd dicitur totidẽ unũqdq; dicit̃.Decẽ autẽ ſunt rerũ initia decẽ quoq; erunt appellationes unius,atq; utrũq; præſtat forma ea quam nos entelechiam appellamus.

Forma licet in materia ꝓducit̃,nõ tñ eſt ipſi materię forma,ſed eius ꝙ ex ambabus facultatibus cõditũ eſt.Theñ.2.de aía.cap.6.Vide ꝓ hoc Auer.& Phm.7.primę phiæ.tex.cõmen.26.

Forma minus uidet̃ poſſe ꝑ ſe ſubſiſtere q̃ materia,licet materia ẽm ſe ſubſiſtere nequeat abſq; forma.Alexãder in principio abbreuiationis de aía.cap.1.Vide in cõcordantiis nuper editis.

Forma eſt pricipiũ à quo dñię.q̃ ẽm id qđ ẽ agere & pati corpibus iſunt,oía enĩ q̃ agũt & q̃ patiũt̃, q̃tenus corpa ſũt,ut hoc,aut illud agãt patiãturue à ſpẽ poſſidẽt,iccirco nõ abre dicit̃ pati & ageř corporea ꝑ ea q̃ icorporea ſũt.Alex.i paraprafi de aía.ca.2.Vide in cõcordãtiis nuper editis.

Forma dicit̃ in reſpectu materię,& ecõuerſo.9.meta.cõ.11.Vide in cõcordãtiis nuper editis.

Formicarum quædam ſunt pẽnatę,q̃dam uero pẽnis priuatę.4.de natura aíalium.cap.1.

Formicæ origani ſulfuriſq; puluiſculo inſperſo ſuas relinquunt cauernas alioq; migrãt.Ariſt.in.4. de natura animalium.cap.8.

Formicę nihil uenantur,ſed facta ab aliis colligũt.Ariſt.in.9.de natura animalium.cap.40.

Fortũa eſt cã ꝑ accñs in his q̃ ſunt in minori ẽm ꝓpoſitũ,quæ ꝑꝑ hoc ſunt.2.phy.tex.cõ.52.

Fortunitas ẽ in actionibus,nihil enĩ aliud eſt q̃ actiones laudabiliũ finiũ.ibidẽ.in cõ.58.

Fortitudo eſt diſpoſitio ſcđm curſum naturæ eius in potentia,& dicitur reſpectu debilitatis.ſeptimo phyſi.cõmen.7.

Fortuna & caſus/hoc eſt cũ uolũtas,aut natura facta eſt alicuius per accidens cauſa.Theñ.2.phy.ſuper tex.50.Et elicitur ex textu.

Fortuna differt ab aliis cauſis ꝑ accidẽs in eo ꝙ illę ideo cauſę nũcupant̃,qa accidentia ſunt cauſæ ꝑ ſe, ut albus/grammaticus/muſicus/deambulator/quo fit ut nullũ taliũ ſit cã ędiũ,at i fortũa actio una eadẽq; eſt huius effecti cauſa ꝑ ſe,illius uero ꝑ accidens.Theñ.2.phyſico.51.

Fortuitæ rei ſi cauſas ꝑ accidẽs q̃ ꝓpinquiores ſunt,& q̃ remotiores ſcire uoluerimus,oportet illas actu cõſtituere,q̃nquidẽ in cauſis ꝑ accidẽs ſimpľr liceat in iſinitũ ꝓcedere.Theñ.2.phyſi.ſup.55. Ex his liquet ſolutio ad q̃õnẽ quã teſte Simplicio Ariſt.mouit in.2.phy.Sed nõ ſoluit relinquẽs nobis ſolõnẽ,nã uideri poſſet fortuitã nõ iſinitã rẽ eẽ cũ ſit cauſa ꝑ accidẽs,ſed in cauſis ꝑ accidẽs , q̃dã ſunt ꝓpinq̃ q̃dã remotę.In infinitis aũt nõ eſt ꝓpinquũ neq; remotum,qa non eſt primũ nec ultimum,ex dictis autem Themi.patet ſolutio ſicut uides.

Fortuna cõſtare nõ oía dicunt̃ q̃ citra cõſiliũ & uolũtatem eueniũt.Euenit nãq; nauigãti in hieme naufragiũ facere hoc/neq; ex propoſito cõſilioue,neq; fortuito euenire dicimus,quia plurimum ſolet exitus ille nauigantibus hieme euenire.Themi.2.phyſi.ſuper.61.

Frangibilia ſunt illa q̃ diuidunt̃ ad partes magnas & minutim frãgibilia ſunt oppoſita iſtorũ,& diuidunt̃ ad ptes paruas,cauſa autẽ eſt diſtãtia pororũ & ꝓpinquitas pororum i minutim frangibilibus.Cõmentator in.4.metheorum.in ſumma.

Frangi eſt diuidi in partes magnas & comminui eſt diuidi in partes ſubtiles.quarto metheororũ. tex.cõmen.44.

Frigidum calefacit conuerſum quodãmodo,& ambiens,quemadmodum peccat uoluntarius ſciẽs quando econtrario utitur ſcientia.8.phyſi.tex.cõmen.8.

Frigus quodãmodo eſt defectus caloris.primo de generatione & corruptione.tex.cõmen.18.&.2.cœli.cõ.18.&.2.phyſi.15.&.10.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.7.

Frigus congregat homœogenea & hetherogenea.2.de genera & corru.tex.cõmen.8.

Frigiditatis operatio prima & per ſe eſt priuatio operationis caloris naturalis,& eſt indecoctio & corruptio.4.metheoro.in ſumma.

Frigiditas aliquo mõ adiuuat in generatione,& hoc ſecũdaria intẽtione inquãtum coęquat ipm̃ calorem naturalẽ,& ẽt frigiditas cõſeruat calorẽnaturalẽ generati ne exhalet/ſeu uaporet.ibidẽ.

Frigiditas eſt duarũ ſpẽrum,uidelicet frigiditas aquea,& frigiditas terrea,frigiditas aquea operatᷣ humiditatẽ,terrea uero ſiccitatem.Auer.ſnĩa in.4.metheoro.in col.5.Ex quo uidetᷣ ꝙ qualitates primæ in elemẽtis inuẽte tam actiuæ q̃ etiam paſſiuæ ſpecie diſtinguũtur de ĩtẽtiõe eius,& fuit ẽt ſnĩa Alex.in.1.lib.naturaliũ qõnũ q.6.quã ẽt ſeqtur Simpli.in.4.de cœlo & mũ.Cõſidera tñ iſtã/tiã contra iſtã uiã,qa tũc nõ ſufficiẽter Ariſto.uenatus fuiſſet ex coniugationibus q̃litatum primarũ numerũ quaternariũ elemẽtorũ in.2.de genera.& corrup.in tex.cõ.16.Accidit enim iuxta iſtã uiam q̃tuor q̃litates primas eẽ geminatas,& ita erũt octo niſi eẽt ꝙ ſunt q̃tuor genere ut ſunt interminatę,& ut p̃cedunt formas elemẽtarias in materia,ſic enĩ cõſideranť ibi,unde Ariſt.d.ꝙ primũ principiũ eſt prima materia,ſcd̃m uero ſunt primę cõtrarietates.tertiũ uero ignis & aq̃,& talia,ſed hm̃õi cõtrarietates,ut ſunt terminatę.ſic ſpecie diſtinguunť ſpãliſſima,unde qdã dixerunt ꝙ rõ Ariſt.demõſtrat q̃tuor eſſe elemẽta ĩ genere,non aũt in ſpecie atoma.Nã ignis tres ſunt ſpẽs ignis carbo flãma & lux,ſilr̃ uarię ſunt ſpẽs terræ,& aq̃.unde Cõmẽ.in.3.de cœlo & mũdo.co.52.dicit,ꝙ cũ ſit declaratũ ꝙ elemẽta nõ ſunt ęterna,oportet q̃rere numerum elemẽtorum in corporibus ſimplicibus generabilibus & corruptibilibus,in hoc igiť eſt iuuamen in hac p̃ſcrutatiõe in ſciẽdo numerũ,& deus ſcit,tamen conſidera ſuper hoc diligenter,reqrit.n.ſpãlẽ qõnẽ circa hoc.

Frigiditas ẽm Alex.facit ſub̃am ĩ corporibus frigidis,& caliditas ĩ corporibus calidis,ecõtrario ĩ rebus in qbus ſunt accñtia.ſ.ꝙ caliditas & frigiditas nõ ſunt ſub̃ę in rebus,quarum ſpecies non faciunt caliditas & frigiditas:ſed aliæ uirtutes.ſ.anima in animatis.12.metaphyſi.cõmen.22.idem primo phyſi.cõmen.52.&.5.phyſi.cõmen.10.&.8.metaphy.cõmen.5.

Frigiditas eſt ꝯtraria calori naturali & ĩpedit ipm̃ ĩ oĩbꝰſuis opatiõibus pp ſuã q̃litatẽ.3.collꝫ.c.20.

Frigiditas ut eſt declaratũ in naturali p̄hia eſt in corpore ſicut inſtr̃m tẽperans calorẽ naturalẽ q eſt primũ agẽs & ſub̃ale.3.colliget.cap.21.de accñtibus ſupuenĩẽtibus uirtuti epatis.Et ibi nota unũ pulchrũ ꝙ qñ augumẽtũ frigiditatis eſt paruũ,tũc operatio naturalis mẽbri diminuiť.Et ſilr̃ qñ augumentũ caloris extranei eſt paruũ,tũc opatio naturalis mẽbri diminuiť,& ſilr̃ quãdo augmẽtum caloris extranei eſt paruũ,tũc opatio mẽbri augeť,& fit mala,ſed quãdo augmentũ frigiditatis & caliditatis eſt notabile,ut trahant calorem naturalem extra ſuam formam naturalem,tum membrum faciet operationem contrariam ſuę operationi naturali.

Frigiditate natura nõ utiť per ſe.& prima intẽtiõe ut frigiditas eſt in aliq̃ opatiõe eius,ſed p accñs,& ex ſcd̃a intẽtiõe,uidelicet in tẽperãdo & cõmẽſurãdo calorẽ naturalẽ in.2.de parti.aĩalium.cap.de cerebro,& in.4.metheororũ.cõ.1.in digreſſione.Et iſto modo ĩtelligiť dictum Galeni in.6.de accidẽti & morbo ꝓpe finẽ,ubi habet ꝙ frigiditas nulli functioni utilis eſt,uidelicet per ſe & eẽntialiter,per accñs.n.iuuat,ut patet in prima particula afforiſmorũ.Ventres hieme & uere.

Frigiditas q̃ nõ eſt terreſtris eſt debilis opatiõis.5.colliget.ca.12.uide ĩ ꝯtradictiõibus nup editis.

Fulmina q̃ cõſtãt ex materia ſubtili aerea nõ corrũpunt corpora mollia in q̃ cadũt,ſicut narrať:ꝙ q̃dã fulmina reſoluunt ſiue liq̃faciunt ęs & non cõburunt pãnũ/ſeu bõbicẽ q eſt cũ eis,& occidũt multa aĩalia abſq; hoc ꝙ appeat in eis ſignũ cõbuſtiõis.2.metheo.ca.2.de fulminibus ꝓpe finẽ.

Fulminibus cadẽtibus in aliqbus locis ĩueniunť in illis corpora ſĩlia ferro & æri ut narrauit Auic.& ꝙ ipſe laborauit in diſſoluendo illud,& non potuit,ſed diſſoluebať & conuertebať in ignẽ.Et nullus Peripateticorum meminit de hoc,& dixit etiam Auic.ꝙ lapis magnus cecidit in Corduba igneus in die ſereno ſeu claro,& ipſe uidit illum lapidem,& habebat odorem ſulphuris,& q̃ſi naturam harmoniaci,& hoc non eſt remotum.ibidem.

Fulmẽ ſeu uẽtus accenſus deſcendit inferius cũ uelocitate.q̃a hæc pars fumoſa eſt cõpoſita/ſeu conſtituta ex parte leui & graui,& hoc cũ accidit parti graui frigeſieri:tũc ab illa parte graui moueť inferius,& impoſſibile eſt ꝓpter fortem mixtionem ſeparari partem leuem à graui.ibidem.

Fumus eſt ex aere & terra.2.de generatione & corruptione.tex.cõmen.28.

Fumus eſt calidus & ſiccus,& q̃uis fumus habeat hanc complexionē,tamen ſemper remanet in eo uirtus rei ex qua fit fumus,ꝑpterea utimur in medicatione palpebrarum inuerſarum fumo thuris ad generãdam carnem bonã.5.colliget.cap.42.in fine capli.dũ agit de fumo/hoc eſt cõtra ponētes reſolutionem fieri uſq; ad materiã primã.ibidē etiã paulo ſuperius idē Auer.dicit de cinere,ꝙ cineres diuerſificanť ſcd̃m diuerſitatem rerum,ex quibus fiunt,unde uidemus ꝙ habēt diuerſas proprietates iuxta naturã rerum,ex quibus generãtur.Et Seneca in libro naturalium q̃ſtionũ dicit.ꝙ ſapor herbæ remanet in lacte,& experimento hoc patet/ꝙ caro animaliũ retinet ſaporē ciborum & herbarũ,ex qbus nutriunť,ſicut Paduæ caro uituli tpe hiemis habet ſaporē raparum.

Futurus incedere quis non incedet.Ex.2.de generatione & corruptione.tex.cõmen.64.ex quo patet non quæcũq; eueniunt,ex neceſſitate euenire.

¶De litera G.

GALENO Sępe accidit opinando aliquas eſſe demonſtratiões Ariſt. in illis q̃ intelligunť ex uerbis Ariſt.ꝑmo aſpectu,& nõ ſũt ĩ rei ueritate,quapp mox ĩcepit ei ↄtradicere neſciēs ipſimet ↄtradicere ĩ ueritate.8.phy.cõ.78.idē.4.phy.in tra.de tpe/ſuper tex.cõmē.97.&.98.ubi etiam lucidiſſimus Themi.hoc idem aſſeuerat.inquit enim uerũ Galenus in pleriſq; omnibus ferè ad hunc modum moleſtus importunuſq; eſt,& dñs Albertus cognomento Magnus.ibidem.4. uidelicet phyſi.trac.3.cap.4.inquit.nec Galenus/nec Auguſtinus ſciuerunt bene naturas rerum.

Galenus errauit circa intellectum demonſtrationis in principio.7.phyſico.quia non intellexit quid ſit primum motum per ſe.7.phyſi.cõ.1.&.2.

Galenus opinatus eſt ꝙ cor non eſt primũ principium motus in aĩalibus,qa uidit animal extracto corde moueri per duos paſſus,ſed quia animal non mouetur abſciſo capite/opinatus eſt caput eē principium motus.7.phyſi.cõmen.4.

Galenus exiſtimauit ꝙ nos non percipimus tempus niſi perceperimus nos moueri in anima noſtra,& eſt imaginatio corrupta per ſe.4.phyſi.cõmen.97.

Galenus redarguit temporis diffinitionem datam ab Ariſto.uide.4.phyſi.Themiſtium ſuper tex. 102.ubi ponit duas ſolutiones ad eius argumentum.

Galenus/cum exiſtimaret ꝙ nullus põt ſcire mũdum eſſe æternum,niſi ꝑpter has ꝑpoſitiones,q̃rum origo eſt à ſenſu & teſtimonio uetuſtatis,dixit in ſuo libro,quē compoſuit de his,quę dubitauit/ꝙ nullã certitudinē habebat de mundo/utrũ eſſet nouus/aut antiquus.Et manifeſtũ eſt ex uerbis ſuis ꝙ ipſe nõ utiť in antiqtate mũdi/niſi talibus ꝑpõnibus,& in libro ſuo quē appellauit de demõſtratiõe.1.cœli.cõ.22.uide ēt q̃ rõ maxime fecit Galenũ dubitare.1.cœli.cõ.92.

Galenus non ſufficienter determinauit de anhelitu.2.de anima.cõmen.88.

Galenus exiſtimauit,ꝙ uirtus cogitatiua eſt rationalis materialis.3.de anima.cõ.6.

Galenus tantũ applicabatur errori,ꝙ exiſtimauit aerem eſſe ſentientem.Auer.in cõmē.libri de ſenſu & ſenſato prope finem.

Galenus dubitauit utrũ uirtus ĩformatiua eēt creator aut creatura.7.meta.cõ.31.Et uide ibi cãm.

Galenus dubitauit/an uirtus dans aĩam ſit deus,aut aliud.ibidē.diſp.3.ĩ ſol.18.dub.&.7.met.cõ.31.

Galenus opinatus eſt principiũ ſanguinis & uenarũ non pulſatiliũ eſſe iecur per duas rõnes.Ariſt. aũt opinatus eſt eſſe cor,ex.3.de parti.aĩa.in cap.de corde,etiã duabus demonſtrationibus.

Galenus cõceſſit unã ꝑpõnē & dixit eã conuerti ꝙ ubi eſt prĩcipiũ uirtutis alicuius aĩalis q̃cũq; ſit illa uirtus,ibi etiã eſt principiũ inſtrumenti illius uirtutis & ecõuerſo,ubi eſt principium inſtrumenti alicuius uirtutis,ibi etiam eſt principium uirtutis illius.Ex tertio de partibus animalium. in cap.de corde Cõmentator.

Galenus in libro de ingenio ſanita.dicit.ꝙ in apoſtemate epatis eſt flebotomãda baſilica dextra,& in ſuis ſermonibus uniuerſalibus dicit contrarium,ponit Auer.7.colliget.cap̃.29.& ibi ponit ſolutionem iſtius apparentis contradictionis.

Galenus in his quæ apparent in anatomia ubi diſcordat ab Ariſto.maximam facit difficultatem, quia hac noſtra ætate non poſſumus acquirere ueritatem.Cõmen.in.3.de partibus animalium. in cap.de corde.& eſt authoritas Damaſceni in ſuis afforiſ.

Galenus fuit q inuenit aliud iuuamētū diaphragmatis à iuuamētis poſitis ab Ariſt. & aliis antiqs, quod eſt magis nobile,qa hmōi uelamen ut ipſe opinatur eſt lacertus quo aīal mouet pectus ī re ſpiratione,quod genus mēbrorum.ſ.lacerti,per qd fit motus uolūtarius,ut imaginor nō fuit co/ gnitum tēpore Ariſt.Et ideo laudemus Galenū de hoc ſicut tenemus laudare ipm in aliis rebus manifeſtatis ab ipſo in arte anatomica. Auer.in.3.de partibus aīaliū.in cap.de ſepto trāſuerſo.

Galenus nō intellexit Ariſt.opiniōe de capite.i.de oſſe tutante cerebrum/an ſit pp cerebrum, uide Auer.cōtra Gal.in.4.de partibus aīaliū.in cap.de mēbris animalium ſanguineorū extrinſecis.

Galenus opinatus eſt fœminā habere uerū ſemē & actiue cōcurrere ad generationē : otra quē uide Auer.in.1.de generatione aīalium.ubi adducit rōnes eius, & impugnationē opinionis eius in illo capitulo,ubi ponit improbatio antiquorū in col.7.

Galenus non perſpexit fundamenta naturalia,& ideo non eſt mirū ſi errauerit in modo generatio nis corporis ex mēbris, ſed de ſequentibus ipſum mirandum eſt.ſ.de Auicēna qui habebat noti/ tiam ſcientiarum ſpeculatiuarum.ibidem.

Galenus dicit ꝙ in epate eſt fons ſpūs naturalis.2.colliget.cap.8.

Galenus poſuit neruos,& membra flegmatica, & uiſcoſa generari ex ſpermate, & reliqua mēbra ex ſanguine:contra quem uide Auer.ibidem.

Galenus poſuit neruos eſſe inſtrumentū motus uoluntarii & ſenſus. Et uide motiuū eius.2.colli/ get.cap.8.de iuuamentis membrorum conſimilium.

Galenus aſſimilat in uno ſuo libro aīam lapidi adamanti.2.colliget.cap.7.

Galenus opinatus eſt illa mēbra reſtaurari nō poſſe q̄ ex ſpermate generātur,ſed nō eſt ita, nā ſi ita eſſet,tunc nō uideret aliquod mēbrum reſtaurari in aliquo aīali,& in alio nō,& in aliqua ætate re ſtaurari,ī alia uero nō.dicit enim ꝙ ſi oculi pullorum hirūdinū erumpant mox reuertūtur.oſſa uero ſenum aut non reſtaurant/aut difficile recuperātur:ſed priuatio partis aereę q̄ eſt in ſemine & primi humidi inutilius reperti eſt in cauſa ꝙ talia mēbra, quæ incidūtur,non cōiungunt,neq̧ reſtaurantur.2.de generatione aīalium.cap.2. Auer.uide etiam in eodem cap. in fine capituli.ubi apertius Auer.huius problematis explicat cauſam.

Galeni doctrina in libro de complexionibus non incedit per uiā,per quā inceſſit in libro de elemen tis.ſ.per uiam demōſtratiuam. Auer.2.colliget.cap.1.

Galeni error, quē dixit de cōplexione temperata,eſt paruus.ibidem.

Galenus dixit ꝙ pilus generat ex uno uapore fumoſo aduſto, ſed hoc indiget ſpeculatione,qa ui/ detur ꝙ pilus ſit corpus extenſibile ſiccū. Auer.in.2.colliget.cap.8.de iuuamen.mēbrorū oſimiliū. Opinio iſta Galeni eſt in.2.cōplexionū.cap.5.poteſt tamē dici pro Galeno ꝙ extēſionem illā pilus ſumit ex cute,in qua eſt uiſcoſitas q̄dam.ut eſt uidere ad ſenſum,ubi extracto pilo eſt in extrema radice unctuoſitas quædam,& ſic per conſumptionem eius in nobis contingit caluitium:ut dicit Ariſto.in.5.de generatione animalium.

Galenus opinatus eſt locū eſſe ſpaciū ſeparatū:cōtra quē uide pulchre Themi.in.4.phy.ſuper tex. 36.ubi pulchre digreditur ibi,ſed ſtatuamus inquies.

Galenus opinabatur ꝙ epar ꝑpter dominiū quod habet ſuper omnia mēbra nutritiua,quod eſſet penitus in uirtute nutritiua princeps,& ipſe neſciuit ꝙ poſtremū nutrimētū eſt in corde.& in eo eſt primo uirtus nutritiua princeps.2.colliget in cap.9.de iuuamen.mēbrorū officialium.

Galenus dixit Ariſt.& ſi uir doctus,& ad quācūq̧ partem rōnem adducere eximius extiterit : nul/ lam tamē potuit probabilē rōnem reddere,cur repleto capite uis ſentiēdi quieſcat ,ſi in corde eſt collocata.Ex fine quarti libri de cauſis ſymptomatum.

Galenus dixit ꝙ teſticuli habēt uirtutē principalē generatiuā:ſed uide impugnationē eius in.2.col/ liget.cap.10.de iuuamentis mēbrorū deſeruiētium generatiuę,ubi tenet uirtutē iſtam ſm Ariſto. eſſe in corde,& ibi eſt uirtus principalis, quia cor tranſmittit eis calorem temperatum in debita quantitate,& qualitate.Et ideo iſta membra inſeruiunt,& concurrunt,ut inſtrumentū, & ſi qua eſt uirtus in eis,illa eſt particularis.

Galenus opinatur ꝙ inſtrm̄ tactus eſt neruus,q uenit à cerebro, & Ariſto.opinat ꝙ organū tactus eſt caro.2.colliget.cap.11.de iuuamēto mēbrorū officialiū deſeruientiū uirtuti ſenſitiuæ.

Galenus quādo dicit ꝙ in euacuatione mēbri maior cadit timor in euacuādo q̄ in alterādo,nō ſane loqtur,ſed errat,qa ſicut timēda eſt euacuatio ne uirtutē ledamus,ita eſt in alteratiōe & maxīe in alteratione frigiditatis,ſed dic tu ꝓ Gal. ꝙ ſermo eſt comparatiuus & non abſolutus.

Galenus dixit ꝙ ſenſus cōis eſt in cerebro,& Ariſt.dicit,ꝙ primo & principaliter eſt in corde.2.col liget.

ſiget.cap 11.Opinioné Ariſto.regre in libro de ſenſu & ſenſato.& in.3.de parti.aïa.cap.4.
Galenus dixit odoratus ſenſum fieri in duabus carunculis,q̃ ſunt ſimiles capitibus mãmillarũ,ſed Ariſt.dixit,ꝙ fit in duobus meatibus qui ſunt in naſo.2.colliget.cap.17.de iuuamento inſtrumẽti odoratus.Et ibi require impugnationem Auer.contra Galenum.
Galenus ſentit ꝙ origo & ſitus caloris naturalis deſeruientis motui uoluntario ſit cerebrum,& ad totũ corpus miſcetur per neruos ab eo,ſed Ariſt.opinatur ꝙ cerebrum ſit ſeruitor cordis in hac opatione per uiam qua ſeruit ei in ſenſibus & origo eius eſt in corde.2.colliget.cap.18.de iuuamentis membrorum uoluntarii motus.
Galenus & omnes medici confitentur,ꝙ uirtus uoluntaria eſt in corde.ibidem.
Galenus opinatus eſt ꝙ motus uolũtarius nõ ſit niſi per muſculos,& nõ eſt ita:muſculi enim non ſunt niſi in aïalibus ſanguineis pfectis,& nõ eſt impoſſe eẽ motũ uolũtariũ ſine muſculo, & ſi eſt, eſt ꝑpter caloré naturalem,aut propter ré quę ſtat loco eius in aïalibus quæ ſunt ſanguinea neq̧ carnoſa.2.colliget.cap.18.de iuuamétis membrorum uoluntarii motus.
Galenus motum anhelitus dixit eſſe motum uolũtarium,& eius dixit duo eẽ iuuaméta, & primũ eorum ſolum uerum eſt.2.colliget.cap.19.de iuuamétis membrorum:ubi etiam uide impugnationem,an ſit motus uoluntarius.
Galenus opinatus eſt ꝙ uirtus uolũtaria motiua principaliter ſit in cerebro,& ꝙ imediatũ inſtrumentũ iſtius uirtutis ſit neruus.Ariſto.auté & Auer.tenét uirtutem iſtá principaliter eſſe in corde,& ꝙ primũ inſtrm̃ p ſe mobile ab iſta uirtute ſit muſculus in aïalibus pfectis. Et ideo ęgritudo aqua prouenit lęſio in motu eſt primo,& per ſe in muſculo & in neruo,& cerebro nõ eſt niſi per uiam & modum colligantiæ.2.colliget.cap.18.&.19.
Galenus non habuit ueram radicem in logica.ibidem.cap.19.
Galenus in maiori parte rerum,in quibus putant hoïes ꝙ contradicit Ariſt.nõ eſt uera contradictio,ſed ſunt ſicut cõcluſiões & cõpleméta.Et ideo nõ eſt dicẽdum ꝙ illud quod dicit Gal.in particularibus rebus contradicit in uniuerſalibus Ariſto,ſecundo colliget.cap.19.de iuuamentis mẽbrorum motus anhelitus.
Galenus,& ſi tẽpore ſuo ars medicinæ eẽt plene completa,dixit nõ eſt impoſſibile ꝙ aliquis ueniat poſt me,& inueniat aliquid qđ per me non fuit inuentum.2.colliget.cap.19.
Galenus dixit ꝙ in motu anhelitus pulmo nullum habet proprium motum in ſe, ſed ſequiẽ motum pectoris,ſed Ariſto.tenet oppoſitum.ibidem.
Galeni ſnĩa motus pulmonis eſt uiolentus uel per uiolentiã.i.per uiã p quã mouenẽ corpora artificialia.Et melius eſt dicẽdũ ꝙ illud pricipiũ ẽ in eo p motũ ſcd̃m quẽ mouenẽ naturalia.ibidẽ.
Galenus ſentit ꝙ tẽperatior regio eſt terra græcorũ,& iter alias eſt terra Hippocratis.Et dicit ꝙ totum tp̃s illarũ terrarũ eſt,ſicut tẽpus ueris.2.colliget.cap.ulti.qđ eſt de cõplexionibus tẽporũ.uide tamẽ tu Gal.in prima particula ſeparatorũ ſermonũ.cõ.14.& in libro de tuenda ſanitate parũ poſt principiũ,qa Auer.nõ bene habuit mẽtẽ Gal.qa nõ dicit Gale.totũ tp̃s illius regiõis abſolute eſſe,ſicut ueris,ſed reſpectu climatum inter quæ mediat quartum clima, quia reſpectu tertii eſt,ſicut eſtas,& reſpectu quinti eſt ſicut hiems.
Galenus opinatus eſt ꝙ cholera nõ naturalis uitellina eſt calidior naturali,& alii medici ꝑter ip̃m tenẽt oppoſitũ,& Auer.laudat dictũ Gale.3.colliget.cap.4.de cauſis ęgritudinũ naturalium.
Galenus non cognouit uirtutẽ diſcretiuã,cuius officiũ eſt ut cognoſcat ſanguinẽ à ſupfluitatibus, ut nutriat mẽbrũ ex cõuenientiori,& mittat unicuiq̧ mẽbro qđ eſt ei ſimile,& uirtus ſeparatiua non eſt hæc uirtus de qua ipſe loqtur.Etení eſt magna differẽtia iter uirtutẽ diſcretiuã & ſepatiuã,& in eẽ & tpe.3.colliget.cap.16.de accñtibus ſupuenientibus uirtuti nutritiuę in generali.
Galenus dixit ꝙ ſolutio continuitatis ſit cauſa doloris:cõtra quem uide Auer.3.colliget.cap.31.de accidentibus ſuperuenientibus uirtuti ſenſibili.
Galeni & medicorũ cauſæ inductæ ſup accidẽtibus uiſus ſunt fundatę ſup falſa fundaméta,qa nõ eſt aliquid in oculo,niſi calor naturalis qui aduenit ei à cerebro per duos neruos pforatos,nec calor poteſt ſeparari à corpore in mométo etiã remanẽte calore intriſeco,& hoïe uiuẽte,& ipoſſe eſt ut extendaẽ uſq̧ ad ſtellas,qa anteq̃ ueniret illuc eẽt corruptus.Nec ẽt in eo eſt corpus cœleſte, nec igneũ hñs ſplẽdorem.3.colliget.cap.38.& facit cõtra illos q̃ tenẽt uiſioné fieri extra mittẽdo.
Galenus conaẽ per rõnes oſtendere ꝙ ueritas ordinatiõis in circuitibus febriũ ꝑuenit à calore putredinali,ſed rationes eius infringuntur:nam mea ſentẽtia penitus eſt,ꝙ natura iſtos circuitus cũ calore intrinſeco operatur,q̃uis huic calori aduenerit aliquid extrinſecum in quantitate aut qua-

litate in eo ꝙ eſt agens in materia non naturali.4.colliget.cap.27.

Galeni uerba de febre ſanguinis uaria ſunt, qa aliqñ dicit, ꝙ ē cholerica cōtinua,& aliqñ.d.ꝙ ē aliud à cōtinua cholerica,& tu ſnĩam meã noſti in hoc.4.collĩet.cap.31.de febre ſanguis / & ſignis eius.

Galenus ſicut fugitiuus dixit medicinæ frigidæ non refrigerant corpus/niſi propter diuiſionem in paruas partes:cuius impugnationem uide.5.colliget.cap.3.

Galenus ſaporē amarũ nō appropriauit niſi calido tãtũ,ſed amaritudo pōt eē & à calido & à frigido, ſicut color niger iuenit̃,& per calidũ,& per frigus.5.colliget.cap.27.& in.2.de aĩa.cō.105.& argumentũ efficax cōtra Galenũ & medicos eſt de oppio qđ eſt in fine amaritudinis,& iducit paralyſim ꝓpter ſuam frigiditatē.Et quãuis poſſent dicere ꝙ non ꝓuenit amaritudo à parte frigida, nos dicemus iam amaritudo eſt dominãs in ſuo ſapore,& ſapor fortis eſt in iudicio ſuper naturã ibi. unde debet iudicari ꝙ ſit magis calidum q̃ frigidum,& quomodo non cogitauit hoc.

Galenus fuit uerax & legalis experimẽtator in arte medicinæ,& nullus pōt ei cōparari/niſi is q cũ clamat non itelligit id qđ clamat.5.colliget.cap.31.Forte dicit hoc ꝓpter Raſim qui fuit maximus experimentator,& ille dum Caleno cōtradicit plerũq; uocem propriam uidetur ignorare,alii referunt hoc ad Auicẽnam,ſed primus intellectus eſt magis conſonus ueritati.

Galenus opinatus eſt medicinæ cōpoſitę operationes cōtrarias ꝓuenire à cōtrariis q̃litatibus,& nō ab una media reſultãte ex cōtrariis,cuius impugnationē reqre ab Auer.in.5.colliget.cap.57.ubi etiam excludit̃ reſpōſio Galeni aſſimilãtis operationē medicinæ compoſitę operationi ſenſus & ſenſibilium,nam ſenſus ſimul à contrariis ſenſibilibus immutat̃,ſicut uiſus ab albo & nigro, ubi ponitur ratio diuerſitatis,& ibi uide pulchre de hoc.

Galenus dixit ꝙ quãdo ſunt duæ medicinę eiuſdē uirtutis,& una eſt debilior alia , ſimiſceant̃ , debilis diminuit fortiorē,cuius oppoſitũ pōt ꝓuenire,& uide motiuũ.5.collĩet.cap.57.uerſus finē.

Galenus dixit in regimine cōplexionis tẽperatę/ꝙ quãdo naſcuntur ſal tritũ ſuper corpus illorum aſpergatur,ſed melius eſt,ut inungat̃ cum oleo de glandibus, quia mordicationem non inducit, & facit conſimilē operationem,quia corpora eorum,propter extrinſecus aduenientia indurãtur, ut dicit Auenzoar.6.colliget.cap.6.

Galenus dixit ꝙ quidã medici dicũt,ꝙ hō tẽperatus ter debet exercitari ĩ die,& ter balneari,& hoc eidem placere uidet̃,de quo nō modicũ admiror,quia ſi hoc fiat ter,& horę ciborũ ternã ſectionē habebunt.Auer.6.colliget.cap.6.ubi recitat opinionē aliorũ aſſerentiũ cōplexionibus tẽperatis in duobus diebus ter comedendi tẽpora diſtribuãtur,& totis uiribus exerceant̃, & opinio iſtorum eſt magis ueritati propinqua,cui mirabilis Auenzoar aſſentire uidetur.

Galenus p̄cepit ſi ſanguis ſit coagulatus in pulmone,ut ꝓpinetur acetũ cum aqua mixtum,ſed hęc medicina eſt cōtraria iuuamento cauſæ & accidenti,ꝓpterea qa aceto ineſt per naturã,ut moueat tuſſim,& tuſſis eſt prauum accidẽs,& hoc eſt timendũ,& acetũ cũ ſit pungitiuũ,uulneri nocet & ſanguinem ſubtiliat,& aperit,& ꝓpterea acetũ eſt dimittẽdum.7.colliget.cap.34.ſolue pro Gal̃. ꝙ in caſu neceſſitatis minus malum pręfertur maiori,quia ſi ſanguis eſt coagulatus indiget ſubtiliatione,quæ fit per acetum, & tuſſis adiuuat ad expulſionem eius , nocumento autem derelicto poteſt medicus poſtmodum obuiare.

Galenus dixit complexionem calidã & humidã eſſe tẽperatã:ↄtra quē uide.6.colliget.cap.11.

Galenus in febribus arſiuis ex dominio ſanguinis quando ſanguis nōdum putruit,p̄cepit euacuationem ſanguinis per flebotomiam fieri uſq; ad ſyncopim,cuius opinio eſt erronea,& uide rōnes Auerrois in.7.colliget.cap.8.quia ſunt fortes contra Gale.

Galenus dicit ꝙ patientes febres ex humoribus uiſcoſis , & mucillaginoſis non ſunt euacuãdi niſi per frictionē ſolum.Ego autē , ꝙ climata in hoc ſunt multum cōſiderãda,& ꝓpterea in hoc nō eſt danda regula generalis.7.colliget.cap.9.uide etiam de hoc.ibidem.cap.10.

Gallinas procurantes,ut generoſę procreentur,mutatis admiſſariis id efficiunt.Et uide cauſam primo de generatione animalium.cap.20.

Gallinæ cũ mares uicerint cucurriũt,& extẽplo mariũ tentãt ſupuentu coire,criſta etiã caudaq; erigitur,ita ne facile p̄terea ſit,an feminæ ſint cognoſcere nōnunq̃ etiã calcaria parua iis enaſcũtur.9. de natura aĩalium.cap.49.Ex illo loco ſcire poteris mores & actiones mutare poſſe cōplexionē.

Gallinæ paruę ſunt fœcũdiores generoſis.3.de generatione aĩalium.cap.1.

Gallinę bis parientes in die cito pereunt.Ariſto.in.3.de generatione.cap.1.

Gallinę iuuenis & pinguis caro melior ex oĩbus uolatilibus,& habet mirabilē ꝓprietatē in tẽperãdo cōplexionem,& ideo brodiũ ſuum eſt optima medicina leproſis.5.collĩet.cap.31.

Gemini ſæpenumero euenit ut in eadem parte uteri generenť mas & femina, idq; ſatis inſpeximus in diſſectionibus aīalium ouiparorū, tum pedeſtriū, tum etiam piſcium. Ariſto. 4. de generatione animalium. cap. 1. aduerſum Democritum & Empedoclem.

Geminos pariunt quādoq; oues uel capræ uel pabuli beneficio, uel ſi mater, aut pater uim eam geminandi per naturā obtineat. 6. de natura aīalium. cap. 19. ubi nota ex indiuiduali ꝓprietate poſſe prouenire ut mas uel femina geminos edat.

Gemini in ſolo humano genere ſi alter mas alter femina ſit raro ſeruanť, in reliquis aīalibus, ſi alter mas alter femina ſit enutriunť & ſeruantur. 7. de natura aīalium. cap. 4.

Gemini uel diſſimiles inter ſe non ſunt, ſed plurimi magna ex parte ſimiles procreantur. 7. de natura animalium. cap. 6.

Generatio alia ſimplex, & eſt in qua unum fit ex uno, alia uero cōpoſita, & eſt in qua unum fit ex pluribus. primo phyſi. cōmen 44.

Generatum in actu licet ſit unū numero. i. ſcđm ſubm, non tamē eſt unū ſcđm rationē ſeu diffinitionem. 1. phy. com̄. 60. ubi per generatū intelligiť ſubiectū generationis, quia illud diciť uere generari, ut ipſe habet in pſenti cōmēto. Ex hoc elicitur apud Peripateticos ꝙ aliqua poſſunt eſſe eadē ſubiecto, ſed differunt ſcđm diffinitionem, quod etiā colligiť ex. 5. phy. cōmē. 47. & ex. 2. de anima cōmen. 147. & ex. 3. phy. 19. & 21. & 3. de anima. cōmen. 1.

Generatio ſimpliciter eſt ſubſtantiæ, ſcđm quid uero accidētium. 1. phyſi. 62. & 1. de generatione & corruptione. tex. cō. 11. & 18. 5. phy. tex. cō. 7. & 8. phyſi. tex. cōmen. 46.

Generatum in rei ueritate eſt cōpoſitum ex ſubiecto & forma. 1. phy. cōmē. 64. & 7. meta. tex. com̄. 23. 26. 27. 31. 33. & 8. meta. tex. cōmē. 8. & 12. metaphy. cōmen. 18.

Generatio eſt uia in naturam. 2. phyſi. tex. cōmen. 14.

Generatum duplex, completum & incompletum. 1. cōmen. 64.

Genera ſunt formæ uniuerſales & differentiæ ſunt formæ propriǽ. 2. phyſic. cōmen. 92. & 91. Vide in concordantiis.

Generatio eſt ex contrariis ut declaratū eſt in. 1. phyſicorū. & inter aerē & aquā non eſt corpus medium in actu denudatū à differentiis aeris & aq̄ à contrariis. ſ. à calore & frigore. 3. phyſi. cōmē. 49. Ex quo patet quātum errēt qui tenent formā corporeitatis ſubſtantialē coęternā primæ materiæ ſcđm Ariſto. & Cōmen. idem. 3. phyſi. tex. cōmen. 45. Cōtra tenētes formā corporeitatis ſubalē coæternam materiæ.

Generabilia quæcūq; & corruptibilia, & omnino quæ aliquādo q̄dem ſunt, aliquādo uero non, neceſſe eſt in tēpore eſſe. 4 phy. tex. cōmen. 120.

Generabilia & corruptibilia menſuranť à tēpore duabus de cauſis, & quia ſunt mota, aut mobilia, & quia tēpus excedit illa. 4. phy. cōmen. 120.

Generatio alia ſimpliciter, alia ſcđm quid. 5. phy. tex. com̄. 7. & 1. de generatione & corruptione. tex. cōmen. 11. & 20. primo phy. tex. cō. 62. & 8. phy. tex. cōmē. 46.

Generationis cauſa eſſentialis ꝙ non ſit motus, eſt, quia ſubiectū motus eſt ens in actu, ſed generationis ſubiectum eſt ens in potentia. 5. phyſi. cōmen. 8.

Generationes in prędicamentis accidentium non dicūtur generationes niſi cum determinatione. 5. phyſi. cōmen. 8. Et habetur in tex. ibidem. & alibi ſæpe.

Generatio eſt exitus eius, quod eſt in potentia ad actū. 5. phy. cōmen. 16.

Generatio nō eſt motus, & cauſa ē, quia forma eſt indiuiſibilis, & qa generatio eſt de nō eſſe. 5. phy. cōmen. 21. Ex quo patet in uia Auer. trāſmutationē in formis ſimplicibus q̄s ipſe ponit. 3. cœli eſſe diuiſibiles & recipere magis & minus ꝙ talis nō eſt uera generatio, nec etiam eſt uerus motus, tū quia ſubiectū motus eſt ens in actu, ſed ſubiectū tranſmutationis talium formarū eſt prima materia. prima enim habilitas in materia eſt ad tales formas ſimplicium. 3. cœli. com̄. 67. & 12. primæ Philoſophiæ. cōmen. 11. Tum etiam qa motus eſt inter cōtraria, ſed formæ illæ non ſunt cōtrariæ ſcđm ſe, ſed ſcđm ſui qualitates cōtra Alexan. ut patet. 5. phyſi. cōmē. 10. Sed dic. ꝙ ſic Cōmen. habet cōſequenter loq iuxta ſua fundamenta ꝙ quēadmodū ipſe tenet ꝙ formę elītariæ ſunt medię inter ſubſtātias & accidētia, ſic trāſmutatio earū, neq; eſt uere motus, nec uere generatio, ſed eſt medium quodāmodo, idē enim eſt iudicio de motu & termino motus, & de uia & termino uiæ, qa non differunt niſi ſicut perfectum à diminuto: ut patet in. 5. phyſi. cōmen. 9.

Genus eſt prius in ratione. Cōmen. 5. phyſi. cōmen. 27.

Generatio & corruptio mutationes ſunt, & nō ſunt motus. 5. phy. tex. cō. 51. & tex. cō. 8.

Generatio & corruptio ſequuntur alterationem, & nō ſunt motus, ſed ſequuntur motum. 6. phy.

cōmen.32.&.45.
Generatio quodāmodo eſt in magnitudine.6.phyſi.cōmen.59.
Generabilia quædam ſunt indiuiſibilia, ut ſentire & intelligere.ibidem.
Generationis motus eſt compoſitus ex trāſmutatione in qualitate,& ex tranſmntatione in ſubſtantia.6.phy.cōmen.59.&.31.
Generationis finis neceſſario eſt de alia ſpecie motus cum finis ſit ſubſtantia & tranſmutatio,cuius eſt finis eſt in qualitate.6.phyſi.cōmen.59.
Generatio eſt tribus modis, aut ſimplicium, aut organicorum, aut complexionis & mixtionis.6.phyſi.cōmen.59.
Generatio & corruptio nō ſunt extra magnitudinē, licet nō ſint in ipſa magnitudinē.6.phy.t.c.59.
Generatio primæ partis carnis componit̃ ex alteratione, & generatione, ut cū generat̃ caro ex ſanguine primo amittent̃ qualitates & accidētia ſanguini ꝓpria & fient accidētia ꝓpria carni donec amittatur forma ſanguinis,& fiat forma carnis.ſ.in fine motus.ſ.in non tempore.6.phyſi.cōmen.59.idem primo phyſi. cōmen.62.
Generabile quodlibet habet aliquā quātitatē naturalr̃ in initio generatiōis & fine, & iſta quantitas habet extrema & mediū.Vide conſimile.6.phy.cō.32.&.1.phy.34.&.2.de aīa.tex.cō.41.
Generatio ita ſe habet ꝙ in ea forte eſt magis manifeſtum q̃ in aliis motibus ꝙ generans eſt ſimul cum generato.7.phyſi.cōmen.10.
Genus non uidetur eſſe ſubiectū propinquū formarū.7.phyſi.tex.cōmen.29.
Genus unū aliquid non eſt,ſed iuxta hoc latent multa.7.phy.tex.cōm.30.
Generatio impoſſibilie eſt ut ſit ex non eſſe puro,ut apparet ex diffinitione motus.8.phy.cōmen.4.idem primo phyſi.cōmen 71.
Generatio impoſſibile eſt ut ſit ex prima materia ſecūdum ꝙ poteſt intelligi nuda à forma.8.phy.cōmen.4.Vide in concordantiis.
Generibus licet quandoq; abuti loco ſpecierū, licet enim oībus uocabula arbitratu ſuo interp̃tari ac fingere.Themiſtius primo de anima.cap.19.
Generari contrariū ex contrario poteſt intelligi duobus modis.8.phy.cō.4.
Generatio non eſt primus motus tēporalis, quia generatio non eſt motus, ſed finis motus.8.phy.cōmen.7.idem.6.phy.cōmen.32.
Generatione exiſtente erunt alii motus,quia generatio eſt finis aliorū motuū, & qui deſtruit finē deſtruit omnia quæ ſunt añ finē.8.phy.cōm.24.Vide in concordantiis.
Generans eſt quod dat generato formā ſuam corpori ſimplici & omnia accidētia contingentia formæ,quorū unum eſt motus in loco.8.phy.cōm.32.&.3.cœli.cōm.28.
Genus aut mera notio eſt ſine euidēti ſoliditateq; aliqua,ſed ex tenui ſuboſcuraq; ſimilitudine ſingularium collecta,aut penitiſſime nihil aut q̃ ſingularia multo poſterius, at ſpēs natura q̃dam eē amat & forma,nam ratio hominis ſimul atq; iugata materiæ eſt hō fit.Them.1.de aīa.tex.8.idem Boetius in p̄dicamento ſubſtātiæ.& Cōmen.12.met.cō.4.&.27.&.1.de aīa.cōm.8.
Generum & ſpecierū noīa,utrū notiones fabraq; aī ſint an naturæ aliquādo in ſingularibus ꝯtentę pulcherrima ꝯſideratio eſt.Themiſtius.1. de anima.tex.cōm.8.idem Porphyrius. ubi pondera,q̄a dicit,ꝙ neq; animalis notio ſubſtātia eſt animata ſenſibilis multoq; minus notio hominis poteſt eſſe animal rōnale mortale,ſed ſingulares homines proprie animalia rationalia,& dicunt̃ & ſunt, idem uide ab Auer.ibidem cō.8.&.1.metaphy.cōmē.45.tenet Alexā.in.1.lib.naturaliū q̃ſtionum, quæſtione.3 ubi quærit quorū ſunt diffinitiones.
Generabilia ex ſemine habēt eſſe perpetuū: quia habent in ſeipſis generans propinquū, ſecus eſt de genitis ex materia putri.Cōmen.in.8.phyſi.cōmen.46.
Generatio eorū quæ generāt ſe non cōpletur niſi illic ſit generans extrinſecū p̄ter generans ꝓpinquum ꝙ dedit ſolū generationis principiū.8.phy.cōm.46.& habet̃.2.phy.tex.cō.26.&.12.primę philoſophiæ.tex.cō.13.ubi dicitur,ſol & homo generant hominem.
Generans extrinſecum neceſſario eſt alterans,& ſua alteratio eſt temperata,ita ꝙ neceſſe eſt,ut ſit ſimilis calori naturali per quem cōpletur illud ens.8.phyſi.cōm.46.idem habet in.12.metaphy.cō.18.& in.2 de generatione animalium.
Generatio Ciceronis à Platone nō eſt ꝓpter generationē eius ex Socrate,ſed eſt p̄p uoluntatē eius, quia uoluit ꝓiicere ſemē in illā feminam,Sortē enī generare Ciceronē eſt per acñs.8.phy.cō.47.
Ex quo patet ꝯtra illos qui aſſerūt.ꝙ Plato non potuit generari niſi à ſuo patre,& nō ab alio,

Generatio aut eſt alteratio/aut ſequitur alterationem.8.phyſic.cõmen.55.

Generatio in animalibus q̃ ſunt hic p̃cedit alios motus ſcđm ꝙ p̃dicamentũ ſubẽ p̃cedit reliqua p̃dicamenta in qbus eſt motus.8.phy.tex.com̃.57.Et iſta eſt gloſa Auerrois in cõmento.

Generationem ſi alteratio præcedat/hoc eſt per accidens.ibidem.cõmen.57.

Generatione poſterius natura prius eſt.8.phy.tex.cõ.58.&.9.meta.tex.cõ.15.&.2.de pti.aĩa.ca.1.

Generatio & corruptio cũ ſint motus oppoſiti,nõ tamẽ habent alterationẽ per quietẽ mediã: ſicut cæteri motus.8.phy.cõmen.62.& ibi reqre cauſam.inqt enim ꝙ hoc eſt,quia ſubiectũ non eſt aliquod demonſtratũ in actu,ſub ambobus extremis motuũ. Caueãt igitur ponentes corporeitatẽ de p̃dicamento ſubſtantiæ coeternã in prima materia,ſm uiã Ariſto.& Auer.tunc enĩ iſtud dictũ minime uerificari poſſet,ut patet intelligenti. In generatione & corruptione incõueniens penitus eſſe uidebiť ſi factũ mox neceſſe eſt corrũpi,& nullo tẽpore pmanere.8.phyſi.tex.cõ.63. Contra ponẽtes formã corporeitatis.

Generatio quælibet ex cõtrario fit in cõtrariũ,& ex ſubiecto quodã, & ſimiliter corruptio.1.cœli.tex.cõmen.20.idem primo phyſi.tex.cõmen.43.&.44.

Generatio duplex /uera & tranſumptiua:generatio uera eſt q̃ fit per alterationẽ paſſiuam, quæ requirit ſubiectum/ & cõtrarietatem /& tempus.inquit enim Cõmentator.1.cœli.cõ.20.generabile uere eſt terminatũ tẽpore,& fit ab aliquo .ſ.tanq̃ ex ſubiecto ne dum tanq̃ ab agente,ſed generatio trãſumptiua eſt q̃ non fit ab aliquo:ſicut ex ſubto,& in nullo tẽpore. Auer.eſt diſtõ.1.cœli.cõ.20.

Generabile quodlibet non generatur niſi ex aliquo ente ſibi contrario,& iſta propoſitio eſt uera, tam in generatione ſimpliciũ,q̃ in generatione cõpoſitorũ ex ſimplicibus q̃ in generatione unius compoſiti ex alio compoſito.primo cœli.cõmen.20.

Generatio triplex/ſimplicis ex ſimplici,compoſiti ex ſimplici, & compoſiti ex compoſito:& ita eſt triplex corruptio.primo cœli.cõmen.20.

Generatio cõpoſitorũ fit duobus modis, uel fit ex primis cõtrariis nullo alio cõpoſito mediãte,ut generatio mineraliũ,& eorum q̃ ſine ſemine generanť ab elñtis,ut plantẽ,& ſicut generatio aĩaliũ, quæ per putrefactionẽ generanť,& eſt etiam alius modus,quãdo unũ cõpoſitũ generať mediãte alio cõpoſito,ut generatio ſanguinis ex pane & generatio mẽbrorũ à ſanguine.1.cœli.cõ.20.

Generans eſt ſimile generato,& eſt contrariũ ei,ex quo fit generatũ,non enim agit in materiam generandi niſi inquãtum eſt cõtrarium.primo cœli.cõmen.20.

Generabile qđlibet & corruptibile ẽterminatũ à tpe,& ideo qđ nõ ẽ terminatũ à tpe,eſt ĩgenerabile & incorruptibile.1.cœli authoritate Alex.& Themi.in.cõmen.100. Non generabile nõ uere diciť duobus modis,aut illud qđ fit ſine cauſis generatiõis,aut qđ eſt difficilis generatiõis.1.cœ.cõ.111.

Generabile tribus modis ſumitur.primo cœli.tex.cõmen.112.

Locus & materia aſſimilant̃,quia ſicut materia eſt fundamẽtum ſucceſſionis formarũ, ſic locus eſt ſucceſſionis corporum,& ideo exiſtimatur ꝙ locus eſt materia.
Locus ſcd̃m opinionẽ Ariſtotelis non ſeparatur à locato,ſed corrũpitur.4.phy.com̃.17.
Loci ſeparatio à locato,& ſeparatio formæ differunt.4.phy.cõmen.17.
De loco notum eſt ꝙ eſt illud ad quod motus eſt naturalis cum motũ fuerit extra ip̃m , & ꝙ eius differentiæ ſunt ſurſum & deorſum.4.phyſi.tex.cõmen.19.
Locus ſecundum ꝙ eſt quantitas non mouetur,ſed ſecũdum ꝙ eſt locus eſt non mobilis per ſe.4. phyſi.cõmen.20.contra Alexandrum.
Loco quinque eſſentialiter competunt.4.phyſi.tex.cõmen.30.
Locus non quęreretur niſi eſſet aliquis motus ſcd̃m locum.4.phyſi.tex.cõmen.32.
Locus ita ſe habet in motu trãſlationis:ſicut materia in motu ſcd̃m ſubam & ſubtũ in alteratiõe, ſed differũt,q̃a tranſmutatio quæ induxit nos ad credẽdũ materiã eſſe,eſt trãſmutatio in ſubſtãtia,ſed trãſmutatio quæ induxit nos ad credẽdum locũ eſſe,eſt trãſmutatio in loco.4.phyſic.tex. cõ.38.De materia uide cõſimile.1.phyſi.63.comẽ.& cõ.ulti.&.2.phy.cõ.22.primo cap.de ſubſtantia orbis.& primo cœli.cõmen.20.&.8.metaphyſi.cõmen.4.&.12.& in.12.metaphyſi. cõmen.10. De loco uide ſimile.4.phyſi.cõmen.3.&.32.&.61.
Locus eſt ultimum continentis ĩmobile primum.4.phyſi.tex.cõmẽ.41.
Locus differt à uaſe,quia uas mouetur eſſentialiter,& locus eſt immobilis per ſe,& ſi mouetur eſt per accidens.4.phyſi.tex.cõmen.41.
Locus nauis potius eſt totum flumen q̃ pars continens nauim.Cõmenta.ibidem.
Locus debetur corpori ratione dimenſionis non ratione aliorum accidentium.4.phyſi. tex.com̃. 76.&.77.& Themiſtius & Cõmentator.ibidem.
Locus aquę eſt ĩferius,ſed nõ ſimpl̃r,& locus aeris eſt ſupius,ſed nõ ſimpl̃r.4.phy.42.&.4.cœ.26.
Locus & locatum ſunt relatiua.4.phyſi.cõmen.42.
Loci ꝓpria ęq̃litas eſt ſcd̃m ↄtinẽtiã,nõ ſcd̃m mẽſurã cõem reſpectu locati.4.phy.cõmen.43.
Locati collatio ad locum,eſt ſicut contenti ad continens.4.phyſi.cõmen.43.

Locum

Locum eſſe per ſe,non eſt de neceſſitate ut res ſit mota per ſe,ſed potius eſt ut ſit de neceſſitate eſ-
ſendi quietem naturaliter.4.phyſi.cõmen.43.

Locus licet non ſit de neceſſitate corporis,tamẽ eſt de neceſſitate ut res mota ſit in loco,aut per ſe,
aut per accidens,locus enim eſt de neceſſitate motus.4.phy.cõ.43.contra Alexan.

Locus eſt prior ſitu,& ideo aliqd non poteſt habere ſitũ qđ non habet locum,quia locus accipitur
in diffinitione ſitus.4.phyſi.cõmẽ.45.uide etiam.6.phyſi.cõmen.85.

Locus ſcđm qđ eſt finis accidit ei augmentum ꝑ accidẽs in corporibus,quæ ſunt facilis paſſiõis ſe-
cũdum ꝙ eſt finis eorum,ut eſt aqua & aer.Cõmen.4.phyſi.cõmen.47.

Locus ſcđm qđ eſt finis eſt in aliquo non ſcđm modum quo aliquid eſt in loco,ſed ſcđm modum
quo ſuperficies dicitur eſſe in corpore.4.phyſi.tex.cõmen.47.

In loco proprio unũquodq; naturaliter manet rationabiliter.4.phyſi.tex.cõmen.48.

Loci ęq̄litas non eſt ęqualitas dimenſionum,ſed eſt æqualitas continentis.4.phyſi.cõ.77.

Locus & tempus generari non poſſunt.8.phyſi.cõmen.15.

Loci mutatio ultimum eſt in his quæ ſunt in generatione.8.phyſi.tex.cõ.58.

Loci ſex ſunt differẽtiæ oppoſitæ/ante retro/ſurſum deorſum/dextrũ & ſiniſtrum,& ratio eſt,quia
tres ſunt corporis dimenſiones lõgitudo/latitudo/& ꝓfunditas/extrema lõgitudinis ſunt ſurſum
& deorſum,latitudinis dextrum & ſiniſtrum,ꝓfunditas uero ante & retro.Com̃.8.phy.cõ.64.

Loci differentiæ in homine ſunt manifeſtę per ſe,in mundo uero indigent demonſtratione.8.phy.
cõmen.64.idem.2.cœli.9.&.12.cõmen.

Loca contraria habent contrarietatem ex diuerſitate extremorum in actu in linea recta, & iſta eſt
prima cauſa eius.8.phyſi.cõmen.76.

Loci remotio eſt ſicut remotio naturarum in ſubſtantia,& hoc non ſolum eſt in elementis,uerum
etiam in corporibus cœleſtibus.primo cœli.cõmen.16.

Locus totius & partis idẽ eſt.1.cœli.tex.cõ.19.qũo ſit intelligẽdum.uide in.3.phy. Themiſtium &
Auer.in expoſitione tex.52.& Them̃.in.3.phyſi.in tex.48.ubi dicit non ꝙ eadem exęquataq; mo »
les ſit utrũq; complectẽs:ſed ꝙ quemadmodum ipſi toti,ſupernus aut infernus peculiaris eſt lo- »
cus ſit idem peculiaris & partibus.

Locus in quo mouet̃ terra naturaliter eſt,idẽ cũ loco in quo mouet̃ uiolẽter.1.cœli.cõ.62.uide in-
fra.ibidẽ.in cõ.70.ubi ponit̃ pulchra differẽtia inter locum in quo aliquid mouet̃,& iter locum
ad quem aliquid mouet̃.qa locus in quo mouetur aliquid naturaliter,eſt idẽ cũ loco in quo mo
uet̃ uiolẽter,ſed locus ad quẽ mouet̃ naturalr̃ eſt diuerſus à loco ad quẽ mouet̃ uiolẽter.

Quod non eſt in loco,neq; per ſe,neq; per accidẽs nõ põt eſſe per ſe motũ.4.phy.cõ.45.&.43.

Logica argumentatio eſt cuius propoſitiones declaratę ſunt in logica.1.phyſi.cõmen.35.

Logica uſitatur duobus modis.ibidẽ.&.8.phy.cõ.70.&.2.meta.cõ.15.&.7.meta.cõ.2.

Logicæ res uſitantur duplr̃,uel ſicut inſtrumẽta & methodi & regulæ dirigẽtes intellectũ , & cu-
ſtodiẽtes ip̃m ab errore,& hoc eſt,ꝓpriũ officiũ illarũ,uel ex eo,qa accipiunt̃ res ibi declaratę tãq̃
partes artis demonſtratiuę,& utũtur eis aliæ artes demõſtratiuę,& utuntur eis aliæ artes tãq̃ prę
ſuppoſito & radice ſuppoſita eo mõ quo artes demõſtratiuę ſolẽt cõmunicare in hoc ꝙ aliquæ
utunt̃ aliquo qđ in alia ſcĩa ſcitur per demõſtrationẽ,ut aſtrologus,mathematicus aſſumũt à geo
metra ꝙ ſemidiameter ſit ęq̄lis coſtę hexagonę,in paraphraſi metaphy.trac.2.in principio.

Logici ſermones appellant̃ extranei,& ph̃iam quæ cõponit̃ ex ipſis Ariſ.appellat extraneam ut di
cit̃ ꝙ ipſe cõpoſuit ph̃iam extraneã.4.phy.cõ.87.uide in.1.cœli.cõ.70.& uide quę appellent̃ logi-
cæ demõſtrationes.Ariſto.in.2.de generatione animalium.cap.6.Et quomõ Ariſto.compoſuerit
philoſophiam extraneam,uide ipſum in primo cœli.in tex.cõmen.100.

Logica demõſtratio eſt quæ ꝓcedit ex ueris ꝓpoſitionibus,ſed nõ ꝓpriis,ſed generabilibus.1.cœ.
cõmẽ.70.idem.8.phy.cõ.70.&.4.phy.cõ.87.uide clariſſime in paraphraſi primi de cœlo.in ſũ.7.
prope finẽ.⁋ Nota authoritate Alexã.ut refert Simplicius in.3.phy.in expõne tex.19.ꝙ rõ logica
dicit̃,aut qa ꝓcedit ex ꝓbabilibus,aut quia in ſolo ſermone ſua fides cõſiſtit,& non ex rebus ſu-
mit firmitudinem,ſicut rõnes Zenonis deſtruẽtes motum,dicunt̃ logicæ,aut rõ logica dicit̃ , qa
procedit ex cõmunibus,& nõ ex ꝓpriis:ſicut dicit Cõmẽ.in p̃fatis authoritatibus,& eſt authori-
tas Ariſto.in.2.de genera.aĩalium.cap.6.ubi dicit.logicam appello demonſtrationem,qa quo uni
uerſalior eo remotior ꝓpriis principiis eſt,& parum infra dicit,rõnes enim quæ nõ ex ꝓpriis du »
cuntur principis,inanes ſunt.eadem rõne.2.de aĩa.tales diffinitiões logicas appellat & inanes.tex. »

11.Mihi autem uidet̃ ꝙ logicæ ſeu dialecticæ rõnes etiam dicũtur quæ concludũt & arguunt ad utrãq; partem cõtradictionis,qa hoc opus eſt dialectici,& ſic ſunt rõnes dialecticæ adductę in.1. phyſi.quæ ꝓbant principia eſſe cõtraria,& ꝙ nõ ſunt contraria,ut notat Cõmenta.1.phy.cõ.52. Et ita ẽt dubitatio introducta in.3.phy.in tex.19.eſt dialectica,qa ꝓbat ꝙ mouere & moueri non ſunt actus diuerſi ſcđm eſſentiam,neq; ꝙ ſunt unus actus ſcđm eſſentiam,ut patet ibi.

Logicę ars q̃dam eſt uniuerſalis oĩbus ſciẽtiis,& q̃dam eſt ꝓpria unicuiq; ſciẽtiæ.2.metaphy.cõ.15. idem in pœmio ſuo ſuper.12.meta.& in paraphraſi ſuper.1.de partibus aĩaliũ.& in.3.ethico.cõ.3. & colligit̃ ex tex.ibi.ubi dicit Ariſt.ꝙ quiſq; bene iudicat quę cognoſcit,eorũq; bonus eſt iudex, ſingula igitur is qui in ſingulis,ſimpl'r autem is qui in cunctis eruditus eſt,idem.1.de aĩa.cõmẽ., 5.idem.1.phyſi.cõmen.8.&.35.&.2.phyſi.cõm.16.&.8.phyſi.cõ.70.&.7.metaphy.cõmen.2.

Logicus & Phs.i.diuinus conueniunt in perſcrutatione de eiſdem rebus,quia uterq; cõſiderat de ente ſimpliciter.3.meta.cõmen.2.idem.4.metaphy.tex.cõmen.5.

Logicales rationes magis appropriantur ſcientiæ diuinæ quàm aliis ſcientiis. Cõmenta.in.3.meta. cõmen.4.idem primo phyſi.cõmen.35.

Logicus conſiderat de diffinitione ſcđm ꝙ eſt inſtrumentum ducens intellectum ad intelligendũ quidditates rerum,ſed Phs ſcđm quod ſignificant naturas rerum,ubi per Philoſophum intelligas primum Philoſophum per antonomaſiam.7.meta.cõmen.42.

Logica conſideratio appellatur illà quæ non fit ex ꝓpoſitionibus ↄuenientibus,ꝓpoſitiones enim falſæ,quædam ſunt conuenientes,& quædam non.12.metaphy.cõmen.4.

Logicæ ars ponit poſitionem ꝙ ſint hic cauſæ & cauſata,& ꝙ ſcia illorũ cauſatorũ nõ erit perfecte niſi ex ſcientia cauſarum eorum,ex phyſicis diſpu.diſputa.1.in ſolu.3.dubii.

Logica demõſtratio appellatur,quę quo uniuerſalior eſt,eo remotior à propriis rei principiis eſt. Ariſto.in.2.de generatione animalium.cap.6.

Longitudo eſt latitudine prior.2.cœli.tex.cõmen.12.

Longitudo cœli eſt ſcđm polorum diſtantiam.2.cœli.tex.cõmen.14.

Longitudo recta non eſt finita ꝑ ſe,ſed finitur per aliquod qđ eſt finitũ per ſe,& eſt longitudo rotunda.4.cœli.cõmen.40.idem primo cœli.tex.cõmen.12.

Lõgitudo & breuitas uitæ dicunt̃ multis modis,aut ſecundum comparationem ad genus,aut ſecũdum comparationem ad ſpeciem,aut ſcđm comparationem ad indiuiduum,aut ſcđm comparationem ad aliquẽ modũ.uerbi gr̃a,ꝙ habitãtes in regionibus calidis & humidis ſunt longioris uitæ,habitantibus in regionibus frigidis & ſiccis.ibidem.

Loquentes Saraceni habent pro poſſibili aliquid generari ex nihilo.8.phyſi.cõ.4.

Loquentes opinantur,ꝙ omnia ſunt poſſibilia:& ꝙ nihil eſt neceſſarium.1.cœli.cõ.78. uide quomodo debet intelligi.1.cœli.cõmen.22.&.9.primæ philoſophiæ.cõmen.7.

Loquẽtes ꝓpter cõſuetudinem negant naturam eſſe,& etiam ueritatẽ.& ponũt oĩa poſſibilia eẽ.2. metaphy.cõ.14.uide cõſimile.9.meta.cõ.7.&.12.meta.cõ.18.&.8.phy.cõ.4.&.15.

Loquentes Saraceni dicunt agens unum eſſe,qđ operatur omnia ſine medio.7.meta.cõ.31. in fine cõmẽti.idem.9.meta.cõ.7.&.12.meta.cõ.18.& in.8.phyſi.cõ.15.Vbi nota ut dicit Cõmen.in libro deſtructionum,diſpu.3.in ſolu.18.dubii.in col.5.ꝙ ſunt duæ ſectæ Sarracenorũ,una dr̃ Monázela,& alia dicit̃ Aſſaria,& iſta Aſſaria expſſe tenet hoc,ꝙ agẽs ſit qđdã omnia ſine medio.

Loquẽtes in diuinis dicunt̃ qui loquunt̃ ſermonẽ extra ĩtellectũ hoĩs.3.meta.cõmen.15.

Locutio eſt hominis proprium.9.de natura animalium.cap.9.

Locutio non omnibus ineſt quibus & uox.ibidem.

Locutio non ita à natura eſt ſicut uox.ibidem.

Locutio non eſt niſi uocis per linguam explanatio.ibidem.

Lubricum eſt humidi.2.de generatione.tex.cõmen.10.&.11.

Lubricũ quodlibet eſt humidũ,ſed nõ omne humidũ eſt lubricũ.2.de genera.cõmen.11.

Lumen per reflexionem calefacit,ut apparet in ſpeculis comburentibus.2.cœli.cõmen.42.& in paraphraſi.ibidem.ſumma.3.quæſito primo,& idem in.2.cap.de ſubſtantia orbis.

Lumen eſt actus diaphani ſcđm ꝙ eſt diaphanum.2.de anima.tex.cõmen.69.

Lumen contrarium uidetur eſſe tenebris,ſunt autẽ tenebrę priuatio huius habitus atq; ignis uel corporis talis abſentia à diaphano.2.de anima.tex.cõmen.70.

Lumẽ eſt lucẽtis corporis p̃ñtia.2.de aĩa.tex.cõ.70.qũo ſit ĩtelligẽdũ.uide Them̃.& Cõmẽ.ibi.

Lumen ut color,eſt diaphani.2.de anima.tex.cōmen.69.quod ideo(ut dicit Them.)dicit q̄ſi color eē,qa lumen nō ꝓprie aeré colorat,ut candor niué,ſed ꝙ aeré uiſilem facit,ſicut color corpora.
Luminis refractio apud uiſum cauſatur etiam ex debilitate uiſus ſicut ex groſſitiæ medii. Auer.1. metheororum.in digreſſione de uia lactea,in ſua expoſitione media.
Luminis lunę receptio à ſole,non eſt per refractioné ſeu reflexioné,ut declarauit Auérhā.in tracta. proprio.Cōmen.1.metheo.iñ digreſſione de uia lactea,& in.2.cœli.in cōmen.49.
Luminariū tempus coniunctiōis eſt ſimile hiemi:& tempus oppoſitionis eſt ſimile ęſtati. Auer.in 2.de generatione animalium.cap.2.& elicitur ex ſententia Ariſto.ibidem.ca.4.ubi habet quòd finis menſis eſt frigidus & humidus,& ideo utplurimum fluxus menſtruorum contingit decreſcente luna,ut dicit.
Lumbricorum triplex genus eſt/latum/teres/& qđ aſcarida appellant,ex quo nihil aliud procreari poteſt,latum autem illud ſolū inteſtino adhęrens parit ſimile cucumeris ſemini,quo indicio medici genus id lumbrici eſſe intelligunt.5.de natura animalium.cap.19.
Lunæ facies quid ſit,& uide tres opiniones.2.cœli.cōmé.49.& in.2.cap.de ſubſtantia orbis.
Lunæ natura eſt ſicut natura terræ,ut dicit Ariſto.in libro de animalibus.2.cœli. cōmen.49. &.32. &.42.idem primo cœli.cōmen.16.& in.2.capitulo de ſubſtantia orbis,unde ſicut terra non eſt luminoſa de ſe,ſed ab igne:ſic luna non eſt luminoſa de ſe,ſed à ſole.
Lunę lux acquiſita à ſole non eſt ſcđm reflexionem,ut declarauit Auemrha in tractatu ſpeciali.2. cœli.cōmen.49.
Luna eſt inferior omnibus planetis,& in hoc conueniunt omnes aſtrologi.2.cœli.cō.60.
Luna uidetur eſſe denſa & obſcura recipiens lumen à ſole,& in libro de animalibus dicit Ariſto. natura eius eſt unigenea naturæ terræ pluſquā cæterarum ſtellarum.ſecūdo capite de ſubſtantia orbis.idem.2.cœli.cōmen.49.& primo cœli.cōmen.16.
Lunæ natura dicitur ꝙ ſit frigida & humida.1.metheo.cōmen.4.& ibi uide cauſam.
Luna in eclipſi non patitur in ſua ſubſtantia ut accidit in qualitatibus paſſiuis,ſed ſolum trāſmutatur in loco tantum.8.metaphy.tex.cōmen.12.
Luna ſcđm aliquos eſt cauſa inuentionis criſium,ſed tu debes ſcire ꝙ eſt cauſa remota,q̄ non eſt neceſſaria medico.3.colliget.cap.9.de cauſis ęgritudinum cōpoſitarum materialium.
Luna per menſem agit hiemem & æſtatem,ſicut ſol per totum annum,ſed differentia eſt, quia ſol iſta operatur per ſuam appropinquationem ad zenith noſtrorum capitum, & remotionem, ſed luna per incrementum & decrementum luminis iſta efficit.ex quarto de generatione animaliū. cap.2.& idem habet Auer.ibidem.
Luna principium eſt propter ſolis ſocietatem, receptumq; lucis, fit enim quaſi minor ſol, quāobrem conducit ad omnes generationes perfectionesq;,calores enim & refrigerationes cum moderatione quadam,generationes ſine moderatione corruptiones efficiunt. Ariſto.in.4.de generatione animalium.cap.ultimo.
Lunæ natura ſimilis eſt naturæ terræ,ut dicit Ariſto.in libro de animalibus. primo cœli.cō.16.& 2.cap.de ſubſtantia orbis.&.2.cœli.32.&.42.&.49.conſimile.12.metaphy.cō.44.
Luporum genus habet fœminas multum libidinoſas & ſalaces,ita ꝙ mares ad coitum ipſe frequētes alliciunt,inuitant,cogunt,puniunt etiam niſi pareant.Ariſto.in.5.de natura animalium.cap. 2.inde forte Romanæ linguæ inſtitutores meretrices lupas merito nuncupauerunt.
Lupi cum canibus coeunt in Cyrenſi agro.8.de natura animalium.cap.28.
Lupi & canes non alio tempore herbas tangunt,niſi cum morbo laborant,herba enim ingeſta euomunt,atq; ita purgantur.8.de natura animalium.cap.5.
Lutum & terra liqueſcit.4.metheororum.tex.cōmen.40.
Lux & color differunt.2.de anima.cōmen.67.
Lux ſm Auempacem largitur coloribus habitum & formam,in obſcuro enim ſunt colores in potentia.ſed ſm Auerroem lux ſolum eſt neceſſaria propter medii diſpoſitionem,ut poſſit moueri à colore.2.de anima.cōmen.67.&.69.& cōmen.73.&.74.
Lux eſt illud in quo fit umbra ex corpore groſſo.3.colliget.cap.38.
Lux eſt uiſibilis per ſe,color autem mediante luce.2.de anima.cōmen.72.
Lux habet duas reflexiones,fortem & debilem.2.de anima.cōmen.80.
Lucentia in nocte quare luceant,uide rationem Soſigenis,qui fuit ꝑceptor Alexandri quæ fidé fa-

cit,referente Themiſtio in.2.de anima.cap.24.& eſt ſuper tex.72.
Lux non eſt in oculo per naturam oculi,ſed intrat ipſum ab extrinſeco. Ex commen.libri de ſenſu & ſenſato.
Lux in eo quòd lux, uidetur calefacere quando reflectitur.ſecundo cap.de ſubſtantia orbis. ſecundo cœli.cōmen.42.

De litera. M.

MAGISTER Primus nūquā creditur aliquid dixiſſe ſine forti probatione.primo de generatione & corruptione.cōmē.38.
Magis & minus & æquale eiuſdem generis ſunt.2.de generatione & corruptione.tex.cōmen.37.
Magis & minus in rebus differentibus cōmunicant in eadem natura. 4.phyſi.cōmen.71.
Magis & minus eſt in quo plus aut minus ↄtrarii eſt.5.phy.tex.cō.19.
Maius eſt manifeſtius minori.10.metaphy.tex.cōmen.9.
Magnetis complexio quando tranſmutatur nō attrahit ferrum,ſicut dum confricatur cum alleis,ut dicitur.8.phy.cō.35.&.7.phy.cō.10.
Magnitudines nō eē indiuiſibiles declarauit Ariſto.ex natura cōtiguorū & cōtinuorū.2.ex natura moti & motus.3.ex natura uelocioris & tardioris.6.phyſi.cōmen.22.
Magnitudines in corporibus circularibus ſunt,ſicut ſpatia in corporibus rectis.2.cœli.cō.46.
Magnitudinis expers eſt illud ad cuius conſtitutioné abſolutionéq; nullus eſt uſus magnitudinis, etiam ſi diuidi aut diſtrahi ex accidenti poſſit,non enim plus albū eſt quod bipedale eſt q̄ ꝙ pedale.Themiſt.1.de anima.cap.20.uide in concordantiis nuper editis.
Magnitudinem & figuram motu ſentimus.2.de anima.tex.cōmen.33.
Magnitudo eſt de natura continui,& unum eſt de natura diſcreti.3.meta.tex.cōmen. 16.
Magnitudinum diuiſio in infinitū eſt maximum fundamentum inter mathematicos.3.phyſi.commen.31.&.39.56.&.60.
Magnitudo non eſt actu infinita,ſed potentia.3.phyſi.tex.cōmen.56.
Magnitudo ut conſideratꝰ à naturali,& ut conſideratꝰ à geometra habet diſpoſitiones oppoſitas,& etiam cōuenientes.3.phy.cōmen.60.idem.3.cœli.cōmen.6.
Magnitudo eſt diuiſibilis in infinitum,ſed non eſt augumētabilis in infinitum.3.phyſi.tex.cōmen. 68.uide cōmen.60.ibidem.
Magnitudo quanta poteſt eſſe in potentia, tanta poteſt eſſe in actu.3.phyſic.tex.cōmen.69.& uide cauſam huius in cōmen.ibi.
Magnitudinem,motū,& tēpus ex indiuiſibilibus cōponi eiuſdē rōnis eſt.6.phy.tex.cō.4.
Magnitudo ſi fuerit indiuiſibilis,motus erit indiuiſibilis.6.phy.tex.cōmen.9.
Magnitudinem habēs latius ſe diffundit,q̄ corpus quale. Cōmētator in paraphraſi primi de cœlo. ſumma prima.Vide pro hoc etiam.3.cœli cōmen.6.& Pħm in.11.primæ philoſophiæ.cap.3.ubi habetꝰ ꝙ mathematicus circa ea,quę ex ablatione theoriā facit,circūtollens enim oīa ſenſibilia ſpeculatur,puta leuitatē & grauitatem,& duritiē,& cōtrarium: adhuc autem caliditatē, & frigiditatem & alias ſenſibiles ↄtrarietates,ſolū enim derelinquit quātum & cōtinuū, horum q̄dem ad unū, horum autem ad duo, horū uero ad tria, & paſſiones horū inquantū quanta conſiderat & cōtinua, & non ſcd̄m aliud aliq̄d ſpeculatur idem etiam ſcribitꝰ.6.primæ philoſophiæ.tex.cōmē.2.ubi habetꝰ ꝙ phyſica ſe habent,ut ſimum,& metaphyſica,ut concauum.
Magnitudinem habentium aliud eſt locus,aliud linea,aliud ſuperficies,aliud corpus.ibidem in paraphra.uide in concordantiis.
Magnū nō eſt ↄtrariū paruo neq; ę̄q̄le eſt mediū inter illa,magnū enim & paruū nō maxīe diſtāt.1. perfecte cū inueniatꝰ maius magno/& minus paruo.10.metaphy.cō.19.cogita de illa deductione.
Magnum & paruū uno modo ſunt in caplō relationis, & alio mō ſunt accidētia quātitatis.5.meta. cōmen.18.Ex quo patet unū & idem poni poſſe in diuerſis p̄dicamentis ſm̄ diuerſitas rōnes.
Magnum & paruū apropriantꝰ quātitati ↄtinuę/multum uero & paucū quātitati diſcretę.Auer. in.2.colliget.in cap.de complexionibus mēbrorum officialium.
Magnū & paruū Plato reducebat ad materiā,& unū ad formā,uidelicet ad ideam.1.phy.com̄.80.

Magnũ & duplũ non diuerſanť ꝓpter diuerſitatẽ in ſe,ſed pp diuerſitatẽ recipiẽtis.7.phy.te.c.27.

Malum de neceſſitate eſt ꝓpter priuationem,aut propter alterum contrariorum cui accidit priuatio alterius contrarii.uerbi gratia,ęgritudo cum ſit quoddã eſſe eſt malum,pro quãto ineſt ei priuatio ſanitatis.ex.3.tracta.paraphra.metaphy.col.5.

Malum non exiſtit in rebus diuinis,ſed in natura mortalium 3.cœli.cõmen.25.idem.9.metaphyſi.tex.cõmen.19.

Malum ex priuatione proficiſciť atq; ex ea contingit interitus.Themiſtius primo phyſi. ſuper.80.tex.& eſt ſententia Ariſto.ibi.in textu.

Malum eſt natura poſterius bono.9.metaphy.tex.cõmen.19.

Malum & peccatum non eſt in ſempiternis,neq; corruptio.9.metaphy..tex.cõmen.19.

Mala & ea quæ ſunt ſine ſolicitudine, proueniunt ex neceſſitate materiæ , & non ex diminutione agentis.12.metaphyſi.commen.52.

Malum & bonum q̃ ſunt materia & forma à quibuſdam poſita ſunt principia.12.meta.cõ.54.

Malum pilare quid ſit requiratur.7.de natura animalium.cap.11.

Malum non eſt diſtinctum à rebus quæ ſunt in potentia.9.meta.19.

Mãmæ in mulieribus ſunt maiores gratia lactationis, in uiris autem ſunt propter tutelam cordis. Ex.4.de partibus animalium.Auer.in cap.de pectore.

Mãmæ datę ſunt animalibus his,quæ animal intra ſe concipiũt,& in lucem edunt,ſed quæ oua pariunt,aut ouo intus concepto animal poſt in lucem excludũt hæc mãmis & lacte carent,ut piſces & aues.3.de natura animalium.cap.20.

Manus eſt organũ organorũ.3.de aĩa.tex.cõ.38.idem Gal.in.1.de utilitate ꝑticula.cap.2.&.4.

Manus eſt ſoli homini propria.4.de partibus animalium.cap.9.

Manus diuiditur in tres partes magnas.ſ.ulnam/brachiũ/& extremam manũ. Gal.2.de utili.ꝑticu.cap.2.Notãter aũt diciť in tres partes magnas,quia manus diuiſio in partes paruas eſt in tres partes.ſ.in digitos,& quod gręci metacarpion appellãt, & carpon: ſicut diuiſio pedis etiam eſt in digitos,& quod græci tarſon appellãt,& in planũ.3.de utilitate particularũ.cap.6.

Manus non eſt unum inſtrumentũ,ſed multa:& ut ita loquar,eſt inſtrumẽtum ante inſtrumenta. Ex libro.4.de partibus animalium.cap.9.idem.3.de anima.tex.cõ.38.

Manus hominis non ſemper eſt hominis pars, ſed potens opus perficere.7.metaphyſi.tex.cõmen.39.idem ibidem.tex.cõmen.35.de digito.

Maneries diſciplinę ſunt diffinitio/diuiſio/inductio/enthymema,& exẽplum. Auer.in ꝓlogo phy. adde etiam ſyllogiſmũ hypotheticũ p naturã,de quo egit in libro primo priorũ in digreſſione,talibus enim inſtrumentis utimur in declaratione eorũ,quæ indigent aliqua innuitione aut conſolatione,in hoc enim differunt à uia doctrinæ,ut notaui in differentiis.

Manifeſtum eſt quod quicqd ſeparatur ẽm eſſe,ſeparať rõne, & nõ ꝯuertitur.2.phy.cõ.19.& elicitur ex tex.cõtra Platonem de ideis.Vide ꝯſimile in.12.meta.cõ.27.& cõ.39.

Manifeſtum eſt per ſe,quòd natura agit propter aliquid.2.phyſi.cõmen.80.

Manifeſtum eſt qđ in ſola mutatione q̃ eſt ẽm qualitatẽ ꝯtingit indiuiſibile eẽ.6.phy.cõ.& tex.49.

Mare ſui natura calidum eſt.Ariſto.3.de.generatione animaliũ.cap.11.

Mare aliquid dulcis humoris continere,argumentũ eſt eo experimẽto,quo ſi ex cera uas tenui latere finxeris,idq; annexa linea in mare demittas inane:die ac nocte una humoris copiam dulcis ĩtra ſe colliget.8.de natura animalium.cap.2.

Mare ſub caniculæ tempore euertitur.8.de natura animalium.cap.15.

Mare eſt elementum aquæ.2.metheororum.cap.primo.

Mare eſt ęternũ ſcđm ſpeciẽ generabile & corruptibile ẽm partem.ibidem.in principio.

Mari accidit ſalſedo,nõ ẽm q eſt elẽtũ,nam ſapor accidit mixto,& cõplexionato.ibidem.

Mare fœtidum quod eſt in Philiſtea,diciť quod in illo impoſſibile eſt, animal aliquod uiuere propter fortitudinẽ amaritudinis eius. & etiam putať q hoc mare cum aduenit in ipſo aliquod animal magnum/ſeu groſſum non deſcendit ꝓpter admixtionẽ partiũ terreſtrium, cum aquis eius. 2.metheororum.Cõmentator cõmen.primo.

Mare eſt ubi,quãdoq; fuit arida.2.meteororũ.cap.primo.& ibi uide cauſam.

Mare ſcđm partem diuiſum cito putreſcit, ẽm uero totum non.4.meteoro.tex.cõmen.13.

Marem dicimus id animal,quod in alio gignit,fœminã uero quod in ſe,ex.1.de generatiõe animalium,cap.2.uide etiam primo de hiſtoria animalium.cap.3.

Maris & fœminæ ſexus ubi diſtinctus nõ eſt in his ſemen ueluti conceptus eſt,conceptum autem dico primam ex mare & fœmina mixturam.ibidem.

Mares & fœmine pollutioné,q̃ noctu ꝑ quieté accidit,patiunẽ. Ariſt.in.2.de genera.aĩaliũ.cap.4.

Marium & fœminarũ ortus fit ſeruata ꝓportione terminata in quãtitate & q̃litate inter ſemé maris & ſemen fœmine,& ideo aliꝗ homines reperiũtur non habuiſſe liberos in una ætate,q tranſlati ad aliã ætatem habuerũt.& quidã uiſi ſunt ex una muliere nõ generare,qui cũ alia generãt. Aliqui etiam in uno anno generare maré & in alio fœminã, nõnulli etiam ex una muliere generant marem,& ex alia fœminã. Auer.in.4.de generatione aĩalium.cap.primo/in fine capituli,& eſt ſententia,quæ aperte colligitur ab Ariſto.ibidem in cap.2.

Mares magis flatibus aq̃loniis,q̃ auſtrinis gignũtur. Ariſto.in.4.de generatione aĩaliũ.cap.2.ubi etiã ſubdit ꝙ paſtores aiũt intereſſe ad maris ac fœminę fœturã pecoris nõ ſolũ ſi ita accidit,ut initus aquiloniis flatibus,aut auſtrinis fiat,ſed etiam ſi cum pecus coit ſpectat ad aquiloné,aut auſtrum, ita minimo interdum momento datur cauſa caliditatis,aut frigiditatis.

Marium ac fœminarũ ꝓcreationis cã & diuerſitatis,ex quinque rebus ꝓuenire põt,ex ætate,complexione,ex flatu uentorũ,ex natura loci,& ex aere & aqua. Auer.in.4.de genera.aĩa.cap.ubi ponũtur indicia q̄bus generatio à generatione fœminę diſcernaẽ,& habenẽ ex tex. Ariſt.ibidé,cap.2.

Mares in utero celerius ꝯficiũtur,& creſcũt q̃ fœminę,extra uterũ uero fœminę,& uide cauſam in 4.de generatione animalium.cap.6.& Auerroem.ibidem.

Marium partes ſuperiores & priores ualidiores ſunt,q̃ in fœminis.4.de natura aĩaliũ cap.ultimo.

Mares,partes illas quas uelut arma natura tribuit,robuſtiores habent q̃ fœminę,ut détes,cornua, calcaria,ungues,& id genus.4 de natura animalium.cap.ultimo.

Mares in genere inſectorum & locuſtarum ſunt minores fœminis, & minus ſuperuenit in coitu maius,in talibus.5.de natura animalium.cap.28.

Mares in genere piſciũ,qui muſtelli appellãtur,generãtur in parte leua uteri,fœminæ uero in parte dextra:atqꝫ etiam parte eadé mares & fœminę.6.de natura animaliũ.ca.10.

Mares ferociũt ex coitu,fœminæ uero ex partu. Ariſt.6.de natura animaliũ.cap.18.

Mares aquilonis flatu potius,auſtri fœminæ concipiũtur.6.de natura animaliũ.cap.19.

Mares uel fœminę ut generétur, aquarum natura efficit.ibidem.

Mares canũ,quia plus laborãt fœminis,minus uiuaces ſunt ĩ Laconicis tamé,in cęteris autem & ſi non ad modũ conſtat uiuatiores ſunt,ut in reliquis.6.de natura animaliũ.cap.20.

Mares utplurimũ ſunt uiuaciores fœminis.6.de natura aĩalium cap.20. Vbi aduerte ꝙ põt contingere oppoſitum,ut in aliquo genere aĩalium,fœminæ ſint uiuaciores maribus,tradit enim Ariſt. in.6.de natura animaliũ.ca.eodem,ꝙ canes Laconici ita ſe habét,ꝙ q̄a mares plus laborãt q̃ fœminę,ideo fœminæ ſunt uiuaciores maribus. Amplius aũt ꝓpter coitũ hoc ꝓuenire põt,ut in genere equorum fœminæ diutius uiuũt q̃ mares,ut teſtatur Ariſto.in.6.de natura aĩalium.cap.22.

Mares Suũ caſtrati maiores,ferocioresq; euadũt,ut ſcite Homerus fingit cũ dicat. Nutriit ex ectũ ſyluis horrétibus aprũ. Inſtar non bruti,ſed dorſi montis opaci.6.de natura aĩaliũ.cap.28.

Mares fœtus magna ex parte circa.40.diem,dextro potius latere mouentur,fœminæ ſiniſtro.7.de natura animalium cap.3.

Mares plurimi uſqꝫ ad.60.annũ generant,qué ſi exceſſerint uſqꝫ ad.70.ꝓcedũt,& iam q̄dam annos ſeptuaginta nati genuerunt.7.de natura animalium.cap.6.

Mares in pedeſtribus ſanguineis nõ ouiparis,ſunt maiori ex parte maiores, & uiuaciores fœminis, excepto mulorũ genere,eius enim fœminę & maiores & uiuaciores ſunt.4.de natura aĩa.ca.ulti.

Maſticatio cibi nullius ꝯcoctionis cauſa eſt,ſed facilitaté cõcoquédi potius p̃ſtat. Ex.2.de ꝑtibus aĩalium.cap.3.& uidetur eſſe ꝯtra Auic.in cap.de humoribus.ubi.d.nutriés maſticatione aliquã recipit digeſtioné.& forte ſunt concordes,quia illa p̃paratio appellatur aliqualis digeſtio,ſicut generatio appellatur natura,quia eſt uia in naturam.ex.2.phyſi.tex.cõmen.14.

Maſculinum & fœmininũ ſunt diuidentia animal,ſicut ſimum,& nõ ſimum,& ſicut æquale,& inæquale diuidunt quãtum.7.metaphyſi.tex.cõmen.17.

Mas nullus in prole elaborare ſolet. Ariſt.in.3.de generatione aĩalium.cap.10.

Mas & fœmina potentia quadã & impotétia diffiniunẽ, quod enim poteſt cõcoquere,& ſecernere, & conſtituere ſemé,atqꝫ principium obtinet formę,id mas eſt.quod aũt recipit & non põt conſtituere,& ſecernere:id fœmina eſt. Ariſt.in.4.de generatione aĩalium.cap.1.

Mas in ſemen agit tres formas,una eſt ſpecifica ꝓpria huic ſpeciei,alia eſt forma maſculinitatis,q̃ eſt

ueluti differentia illius ſpēi.tertia autē eſt forma indiuidualis q̄ eſt hoc agens determinatūue.Et ideo quādo agens dominabitur perfecto dominio ſupra materiā præſtabit ei illas tres formas,& erit ſimilitudo perfecta.Auer.in.4.de generatione aīalium.cap.ubi ponūtur cauſæ ſimilitudinis inter natos,& parentes,& eſt ſententia Ariſto.ibidem.cap.3.

Mas & fœmina ſunt animalis paſſiones proprie, ſed non ſecūdum ſubſtantiam ueram in materia & in corpore.10.metaphyſi.tex.cōmen.25.

Mas tribuit formā,& motus pricipiū,ſed fœmina materiā exhibet,ſicut ī lactis coagulatiōe ſuccus aut coagulum eſt quod inſpiſſat.1.de generatione animalium.cap.20.

Mas in conſtitutione corporis animati uim creādi pbet, ſed fœmina materiā exhibet, corpus enim ex fœmina eſt,anima uero ex mare. Ariſto.in.2.de generatione animaliū.cap.4. & ibidem parum ante principiū capli/ in ſolone q̄ſtionis,quare fœmina nō pōt ex ſe generare animal, dicit qđ ideo eſt,quia mas eſt efficiens animæ.mas enim ratione diffinitur.

Materia non eſt ſeparabilis in rebus.4.phyſi.tex.coṁ.59.ubi Cōmen.exponit ꝙ quādo dicimus ꝙ materia non eſt aliquid demōſtratū in actu,non debemus intelligere ꝙ poſſit ſeparari à rebus de/monſtratis in actu,ſed intendimus ꝙ in ſua eſſentia nō eſt aliquid demonſtratū,neq̨ eſt in ſe ali/quod demonſtratū,quoniā ſi ita eſſet,nō reciperet res demonſtratas. ⁋Ex quo patet contra ponē tes actum entitatiuū ſiue exiſtentię proprium in prima materia. Cōtra Hēri.de Gāda.& Scos

Materia contrariorū una eſt.4.phyſi.tex.cōmen.84.

Materia prima in ſuo eſſe non habet actum admixtū omnino. Cōmenta.5.phyſico.cōmen.8.cōtra ponentes actum entitatiuum in uia Auerrois.

Materiæ quę recipiunt formas,non dicūtur formę.7.phy.coṁ.15.idem.7.meta.24.&.34.

Materia prima non eſt exiſtens in actu, ideo non poteſt eſſe per ſe motum.8. phyſic.cōmen.30.& 5.phyſi.tex.cōmen.8.

Materia,ex qua aliquid generatˀ,eſt illud quod in rei ueritate dicitˀ moueri motu qui eſt de potentia eſſentiali.uerbi gratia,aer qui eſt in potentia ignis ad ſuperius,eſt id quod mouetˀ in rei ueritate & eſſentialiter ad ſuperius quādo fit ignis.8.phyſi.cōmen.32.& cōmen.4.contra Ioānem Grammaticum,&.3.cœli.cōmen.28.&.4.cœli.coṁ.24.&.25.

Materia exiſtēte diuerſa,diuerſabitˀ,& forma.8.phy.cō.46.4.cœli.cō.37.8.meta.tex.coṁ.11.

Materia eſt cauſa otingens eius accidentis,quod pterq̄ in pluribus euenit.6.meta.tex.cō.5.

Materia recipit contraria ſucceſſiue.6.meta.cōmen.8.

Materia eſt multiplex,alia enim eſt alteratiōis tm̄,ut panis reſpectu ſanguīs:alia eſt cōpoſitionis,ut lapides domus,alia eſt cōpoſitionis & alterationis,ut elnta reſpectu mixti:alia eſt ſm quātitatē,ut partes totius:alia ſm ſilitudinē,ut pmiſſę reſpectu oclusionis.Ex.2.phy.tex.cō.31.

Materia ſcđm ſe non eſt qđ neq̨ quātitas,neq̨ aliqđ eorum qbus ens eſt determinatū.7.metaphyſi. tex.cōmē.8.uide in Theorematibus noſtris quomō ſit intelligēda iſta ꝑpoſitio in ꝓprio Theo/remate de hoc.& aduerte unū annotatiōe dignū quod ibidē Philoſophus ſubdit, quare quod eſt ultimum ſm ſe,neq̨ qđ,neq̨ quātitas,neq̨ aliqđ aliud eſt,neq̨ negationes, etenim hæc erūt ſcđm accidens.⁋Ex quo loco uidetur ſequi quòd materia in ſe, neq̨ eſt formata,neq̨ nō formata,quia tam affirmatio formę q̄ eiuſdē negatio eſt extranea à natura materiæ.& ita uidetur duo mala ſeq, primū ꝙ otradictoria oppoſita non diuidunt uerū & falſum in oībus quod eſt cōtra Philoſophū in prędicamētis,in ſermone de oppoſitis,& eſt contra primū principium,qđ eſt per ſe notum & cōceſſum ab oībus.uidelicet de quolibet dicitˀ eē uel nō eē.Amplius eſt cōtra determinationē antiquorū Peripateticorū,uidelicet Alexādri ī li. & Theṁ.in digreſſiōe de priuatiōe & potētia ma/teriæ,& Simplicii etiā aſſerētiū,ꝙ quādo Peripatetici aſſerūt materiā eſſe inaffectā ſeu informem, nō intelligūt noīe inaffecti priuationē qualitatis,ſed prorſus negationem qualia ſunt illa illiteratus,imuſicus:pro eo qđ eſt nō muſicus,& nō literatus.nā ſi inaffectio illa priuationē ſignificaret, quū priuatio q̄litas q̄dam eē uideatˀ,hoc ipſo materia ipſa q̄litatē amplecti pferriq; materia uide/retˀ:in qbus itaq̨ negatio uera eſt,in his priuatio nō ſequtur:nō enim de quo pōt dici non iuſtum de eodē dici pōt iniuſtū,neq̨ de quo uerū eſt dicere ꝙ comā aut capillitiū non habet,de eodē uerū eſt dicere ꝙ caluet.nulla igitˀ eſſentia materiæ in eo pōt conſiſtere qđ eſt priuatū eſſe, ſed quē/admodū cera ex qua fingi leo pōt,nō eſt amplius cera quū factus eſt leo,ita & primū illud ſubtū qđ pōt formas oēs ſuſcipere,q̄uis priuatū oībus uideatˀ eſſe,nō tamē in eo qđ ſubiectū eſt priua/tum eſſe,diciuè pōt.ſubtū enim nullo mō eē poſſet ſi formā cū priuatiōe reciperet,ſed priua^m^ eē dicitˀ ea rōne ſcđm quā ei accidit accōmodatio atq̨ habilitas.q̄dā ad formas oēs ſuſcipiendas,dixi

Digreſſio.utrū mā ſm ꝙ mā habeat aliquā affirmationeꝫ vel negationeꝫ ſibi ꝓpriam.

accidit,qa priuatio in ſe abſoluta,quædá res eſt q̃ referať & accõmodeť ad altera.Sed in ueritate in hac ſentétia eſt maxima difficultas.ná iſti incidũt in eaſdé anguſtias quas euitare contédũt, nam

Dubõ contra Themiſt. & Alexan.

certũ eſt ꝙ quádo Peripatetici aſſerũt materiá eé inaffectá ſcđm ſe ɔſiderát illá in prima illa ſui notione qua nõ referť ad alia,ſed eſt abſoluta & prima eius notio.ſi igiť in illa cõcedũt materiá eſſe inaffectá nõ qđ inaffectio ſit priuatio/ne coganť materiá dicere aliquá qualé ſibi ꝓpriá,aut formá, eadé rõne uideť ſequi ſi ipſi intelligát uocabulo inaffecti purá negationé,túc enim uideť materia in ſua prima notione ícludere aliquá negationé,& hoc eſt lõge deterius q̃ primũ,qa negatio non põt cõſtituere ítellectũ alicuius entis poſitiui,& cõfirmať,qa ut dicit Phs in p̃ſenti loco negatiões oẽs formarũ uerificanť de materia p accidés & earũ affirmatiões:ſicut etiá bene declarat Cõmé. in p̃ſenti loco.d.enim deíde incepit declarare,q̃ ſit natura iſtius materiæ:&.d. & intelligo p materiá illud qđ eſt exiſtés per ſe,qđ eſt/neq; quale/neq; quátũ/neq; aliqđ p̃dicamentorũ,qm̃ eſt in potétia omnia iſta.10.p̃dicaméta,ut declaratũ eſt in phyſicis.Declaratũ enim eſt eſſe ſubtũ oíbus.10. p̃dicamentis,& qđ ſuũ eſſe eſt aliud ab eé cuiuſlibet eorũ,& ultimũ ſubtũ qđ eſt ſubtũ per ſe,& primo nõ eſt illud in quo diciť quale,nec aliud p̃dicamentorũ.10.nec priuatio iſtorũ entiũ,quoniá hoc eſt ei per accidés,& intédit ſubiectũ.igiť ultimũ qđ per ſubam ſuá eſt aliud ab unoquoq; p̃dicamẽtorũ & à ſuis priuationibus,cũ oía iſta ſint ei per accñs.Et dicit hoc qm̃ ſi aliq̃ forma/aut aliq̃ priuatio eẽt in materia eſſentialr̃ nõ reciperet oẽs formas:& cõfirmať p Ariſt.in.2.de interp̃tatione,ubi dicit ꝙ prius & ſcđm ſe bonũ eſt bonũ & poſterius,& ſcđm accñs bonũ nõ eſt malũ,

Cap. ſo.

in non facere enim ítelligiť facere,ut dr̃ in.1.elẽchorũ,negatio ení eſt natura poſterior affirmatione,unde.3.primæ phiæ.tex.cõ.3.multis ení modis idé ſciétibus magis qdé ſcire dicimus eũ qui nouit in ipſo eé quid res ſit,q̃ in nõ eſſe,& horũ eorũdé magis alterũ altero,ſed maxíe qd eſt & non quátũ,aut q̃le.Ex qbus uerbis manifeſte colligiť ꝙ prima materia in ſua prima notione,ſicut nõ includit priuationé aliquá,ita etiá non ícludit aliquá negationem,& ita expoſitores non euadunt difficultaté iſtam,ſicut uides.ex aduerſo aũt ſequiť ꝙ cõtradictio non eſt oppoſitio cuius non ſit dare mediũ ſcđm ſe,qa materia in prima notiõe,neq; eſt formata,neq; nõ formata,qđ eſt cõtra primum principiũ ut diximus,& eſt q̃ſtio ſatis ardua,ſicut uides.¶ Auic.in.5.ſuæ primæ phiæ.ca.1. multũ ſubtilr̃ & diffuſe ꝓſequiť iſtá difficultaté,nam poſtq̃ declarauit ꝙ q̃libet natura in eé qdditatiuo cõſiderata eſt tátũ ipſa,& ſolũ includit in tali eſſe p̃dicata qdditatiua q̃ in primo mõ dicũtur de ea,ut dicit de eqnitate qđ eſt tm̃ equinitas,& nõ eſt una/nec multa/nec exiſtés in aía,nec in iſtis ſenſibilibus,nec in actu,nec in potétia:parũ infra q̃rit,ſiqs auté interrogauerit nos de equinitate ſcđm cõtradictioné.ſ.an equinitas ex hoc qđ eſt eqnitas ſit aliquid uel nõ,non erit reſponſio niſi ſcđm negationé quicqd illud fuerit:non auté ſcđm negationé eius qđ eſt,ſed eius qđ dicitur de ea,qm̃ nõ debet dici ꝙ eqnitas ex hoc qđ eſt equinitas nõ eſt,ſed ex hoc qđ eſt equinitas nõ é equinitas aliq̃,nec aliquid aliorũ,ſi auté partes qõnis fuerint duæ affirmatiuæ ímediatę,tũc non erit neceſſe reſpõdere aliquá illarũ ullo mõ,quoniá alterius earũ.ſ.affirmatiuę q̃ cõcomitať negationem, intellus eſt ꝙ cũ res nõ fuerit appropriata, altera affirmatiua appropriabiť hac altera affirmatiua.Cũ auté fuerit appropriata hac eius eſſentia,nõ erit ipſa ꝓprietas:hõ enim cũ eſt unus uel albus,tamé eſſentia ipſa humanitatis nõ erit eẽntia albedinis aut unitatis,cũ ergo ſubiectũ q̃ſtiõis fuerit po^m ipſa humanitatis ueluti aliquod unũ,& interrogauerit nos ſcđm aliqđ contrariorum diceneť utrũ eſt unus,aut multa,tũc non erit neceſſe reſpõdere aliquod illorũ,ipſa ení humanitas ex hoc qđ eſt ipſa humanitas non eſt aliqđ illorũ,in cuius diffinitione nõ accipiť,niſi ipſa humanitas etc.Ita pariformiter dicédũ puto de prima materia in ſua prima notione cõſiderata,quo ad p̃dicata primi modi,ſi quis interrogauerit nos ſm̃ cõtradictioné,an materia ex hoc ꝙ eſt materia ſit aliquid,uel nõ,reſpõdendũ eſt p diſtinctioné,nam ſi q̃ſtio fiat de his q̃ cõſtituunt intellectũ eius,ſic materia eſt aliqd,eſt enim ſuba & ens,& tale ens qđ eſt materia,ſic enim negatiões iſtorũ de materia dici nõ poſſunt.Si aũt quæſtio ſit de aliis aduétitiis materiæ q̃ de materia p accidés p̃dicanť,ſic reſpõdendũ eſt per negationé,nam materia ex hoc ꝙ eſt materia nõ eſt forma ſubalis, nec accidétalis,nec cõpoſitũ ex materia & forma,nec uniuerſalr̃ aliqd de his q̃ ſunt aduétitia ei.ſic intelligiť dictũ iſtud Ariſt.in p̃ſenti loco ꝙ negationes oíum p̃dicamétorũ per accidés p̃dicantur de materia intelligédo per ſubam/ſubam in actu,quia materia non eſt ſuba in actu,nec aliqđ accidens.Et ſilr̃ illo mõ intelligũt Peripatetici materiá eé inaffectá.i.non habété aliquá q̃litaté aut formá,ita ꝙ negatio oíum formarũ adduciť in reſpõſioné ad q̃ſtioné ꝓpoſitá nobis de materia ſm̃ ſe cõſiderata,an uidelicet materia ſm̃ ꝙ materia,ſit forma aliq̃,uel negatio cuiuſlibet formæ uerificeť de ea,& dico ſcđm uerũ eſſe,nõ tñ materia in ſuo intellectu ícludit talé negationé,ſed ex itel-

lectu

lectu primo eius cõſeqtur uerificatio illius negationis,ſicut bonũ ex primo ſuo itellectu bonum eſt,& ſcdm ſe bonũ/bonũ.Et ex hoc cõcomitať bonũ non eẽ malũ.Similr iuxta iſtã ſniam ſi ꝓponunť duæ affirmatiuæ cõtrariæ imediate de materia ſcdm ꝙ eſt materia,uidelicet utrũ materia ut materia eſt formata,uel materia,ut ſic eſt priuata forma,tũc non eſt neceſſe dare aliquã illarũ, quia materia ut ſic,neqꝫ formata eſt,neqꝫ eſt priuata forma,licet in eẽ realis exiſtẽtię nõ euadat ab ab utroqꝫ illorũ.Et eſt ac ſi diceremus,utrũ corpus uiuẽs ut uiuẽs qditatiue ↄſiderãdũ ſit ſanum aut ęgrũ,quũ ſanum & ęgrũ ſint cõtraria.⁋Sed dices q̃re de materia non uerificať imediate per uiã ſequele priuatio formæ ẽm ꝙ materia eſt materia,ſicut uerificať negatio formæ per uiã ſeq̃lę?⁋Soluiť,qa ex itellu primo qdditatis rei,primo apparet negatio aliorũ,q̃cũqꝫ non ſunt id qđ eſt:& nõ apparet aliq̃ affirmatio ex his,q̃ res non eſt qdditatiue,ſicut ſunt ꝓprietates rei. unde cũ intellſus priuatiõis ſit,ſaltẽ ex cõnotato aliquã q̃litatẽ ſignificãs,ut.d.Them.& expoſitores, & ſunt quaſi qdã materiæ ꝓprietas,ut dicit Cõmẽ.in ſua media expõne ſuper.1.phyſic.& etiã.1.cœli.cõ. 20.ubi dicit,ꝙ in materia nõ eſt alia pοlitas,niſi per ſepatiõnẽ à forma,& eſt ſicut abſciſſio ex acumine gladii.unũ ſi ita eẽt,ſeq̃reť materiã hẽre aliquã priuatiõnẽ,& q̃litatẽ inſeparabilẽ,& ita non eẽt denudata ẽm eſſentiã ab omni q̃litate & forma,ſicut bene deducit Cõm.in pñti cõmẽ.Conſidera igiť diligẽter,qa uidi plures meo tpe,qui non potuerũt euadere ab hac inq̃ſitione.Immediate patet ꝙ neutrũ uerũ eſt,& ſcias ꝓ ſolõne difficultatis unũ,qđ licet cõtradictoria abſolute diuidant uerũ & falſum in quocũqꝫ,& non ſit dare mediũ inter illa,tamẽ quãdo cõtradictoriis additť aliqđ diſtrahẽs ab oppõne eorũ non ſunt amplius cǫtradictoria,ſicut iter eẽ & non eẽ nihil mediat,ſed inter nõ eſſe ſimplr & eẽ mediat aliqd,ut diciť in.1.phy.tex.cõ.77.qa eſſe in potẽtia mediat, ſic iter formatũ & non formatũ nihil mediat,unde materia aut eſt formata,aut non formata,& dř ꝙ eſt nõ formata.Sed qñ diciť,utrũ materia p ſe ſit formata,uel p ſe,aut qdditatiue ſit nõ formata: dico ꝙ utraqꝫ falſa eſt qdditatiue,& ſic nõ cõtradicũt,& ita eſt in ſili de materia ẽm ꝙ materia,qa illa reduplicatiõis nota nõ eſt ps ſubti ꝓpõnis,ſed eſt cõditio ſpecificatiua,ẽm quã ↄſiderať:& nota bene hoc,& nota ꝙ iſta ſnia cõcordat cũ dictis & determinatis p Alex.in.1.libro naturaliũ queſtionũ.q.ulti.ubi q̃rit.utrũ forma ſit ẽm ſe in materia,uel ẽm accñs,& tãdẽ cõcludit ꝙ forma non eſt p ſe in materia loquendo de primo mõ pſeitatis,ſicut neqꝫ priuatio,tñ forma & priuatio ſunt in materia p ſe in ſecũdo mõ,ſicut par & ĩpar nõ ſunt p ſe de rõne numeri,ſed ſunt numeri proprietates,in quarũ ratione ſumiť ſubtũ,ſic in rõne formæ materialis ſumiť materia,ſicut apparet ex rõne,in qua poniť corpus organicũ,& in rõne etiã priuatiõis poniť materia, qa priuatio nõ ẽ niſi carẽtia forma in materia apta nata recipere formã.unde ſicut nõ oĩs numerus eſt par, nec oĩs impar,ſed uel eſt par,aut ĩpar,ſic materia/aut eſt formata,aut eſt priuata forma.

Materia eſt ſubſtantia diminuta,quia eſt in potentia.7.meta.cõ.9.

Materia prima in.1.phy.declarať eſſe ẽm ꝙ eſt materia,nõ ẽm ꝙ eſt ſuba.ibidẽ.& in.2.phy.cõ.21.& cõmen.4.uide in ſimili in.1.meta.cõm.15.&.13.&.4.meta.cõm.1.

Materiæ actio eſt tranſmutatio.7.meta.cõm.9.idem.1.cœli.cõ.20.ubi dicit,ꝙ in materia non ẽ potentia niſi apud ſeparationẽ eius à forma,& opatio iſtius potẽtiæ q̃ ẽ ex ea q̃ſi abſciſſio de acumine gladii,eſt generatio & corruptio.uide in concordantiis.

Materia in naturali philoſophia conſideratur,ut eſt principium tranſmutationis,ſed in prima philoſophia conſideratur ut eſt ſubſtantia in potentia.7.meta.cõmen.9.

Materia non ꝑdicatur de eo cuius eſt materia niſi ſcdm denominationem.7.meta. cõmẽ.25.&.34. &.43.&.9.meta.cõmen.12.& primo meta.cõmen.17.& primo phy.cõmen.15.

Materia non eſt generabilis & corruptibilis niſi per accidens.7.meta.cõmen.23.idem.1. phyſi. tex. cõmen.82.&.12.metaphy.cõmen.18.idem.7.metaphy.tex.cõmen.26.27.&.31.&.33.

Materia ꝑdicatur denoĩatiue de materiato & non formalr ꝑdicatione dicẽte,hoc eſt hoc,ut ſtatua non eſt lapis,ſed lapidea.7.meta.tex.cõ.24.ubi aduerte ꝙ iſta eſt una differẽtia iter genus & materiam,ſicut bene notauit Cõmen.in pſenti cõm.& etiã.7.meta.cõm.43.&.1. meta.cõm.17. &.12. meta.cõmen.14.Et longe uberius ante ipſum Alexan.ſcripſit demonſtratiue de hoc in ſecũdo libro naturalium q̃ſtionum.q.ulti.ꝙ materia non ſit genus.

Materia diuerſa ſunt eadẽ ſpecie,ut Sortes & Callias.7.meta.tex.cõ.28.inde ſumiť diſtinctionẽ idiuiduorũ in eadẽ ſpecie eẽ à materia.cõſimile ſcribit Cõm.in libro deſtru.in.1.diſpu.in ſol.7.dub. ubi iñqt.cauſa pluralitatis & numerabilitatis apud Phos eſt materia & cauſa cõueniẽtię in multitudine numerali eſt forma,ſed ꝙ poſſint inueniri res plures in numero in una forma ſcdm materiã impoſſibile eſt,nullũ nãqꝫ indiuiduũ ab alio idiuiduo diſtingui debet ab aliq̃ ꝓprietate niſi p

Obiectio.

Solutio.

accidens,imo idiuidua abinuicẽ diſtinguunt̃ à materia,idẽ.1.primæ pħiæ cõ.40.Vbi aduerte ut declaraui ſubtilr̃ in qõne ſpāli de principio indiuiduatiōis ꝙ diſtinguẽdo principiũ aſſimilatiuũ contra principiũ diſtinctiuũ,ſicut forma à ꝓprietate eſt principiũ conuenientiæ & ſimilitudis,& materia appropriate eſt principiũ diſtinctionis.genitũ enĩ aſſimilat̃ generāti in forma, tamẽ prīcipiũ conſtitutiuũ & diſtinctiuũ reſpectu cõpoſiti magis eſt forma ꝗ̄ materia:oẽ enĩ qđ eſt unum numero,& cõtinuũ eſt unũ per ſuã formã,& non per ſuã materiã,ut dicit Cõm.1.de aīa.cõ.90.Et hoc intelligit̃ principalr̃,ſimilr̃ etiã Pħi uidẽtes multitudinẽ numeralẽ in eadẽ ſpẽ nõ īueniri,niſi in habẽtibus formã in materia,qa in abſtractis à materia non eſt talis multitudo apud Peripateticos,ut patet in.1.cœli & mũdi.in tex.cõ.93.ubi dicit̃,ꝙ quãdo materia tota eſt compħẽſa ſub una forma non põt eẽ niſi unũ ſuppoſitũ in una ſpẽ.ideo appropriauerũt principiũ numeroſitatis & diuerſitatis iſtorũ materiã & nõ formã.¶ Et ex iſta authoritate Cõm.in libro deſtru.collige manifeſte contra illos qui aſſerũt primũ principiũ diſtinctionis idiuiduorũ in eadem ſpẽ,eſſe aliquam proprietatẽ accidẽtalem,ſicut qui dixerũt ꝙ diſtinguat̃ primo per quãtitatẽ.hoc enĩ licet uerum ſit à poſteriori,ſed non à priori,idiuidua enim diſtinguunt̃ abinuicẽ materia, unde Cõm.7.primæ philoſophiæ.cõ.2.expſſe dicit ꝙ idiuiduũ ſubiectũ eſt prius aliis idiuiduis accidentium.

Materia non eſt ſeparabilis à rebus niſi à diffinitione. Themiſt.4.phyſi.tex.cõmen.59.& habetur in tex.idem tex.84.

Materia imediate trãſmutari nõ põt à formis ſeparatis,nõ enĩ trãſmutat materiã niſi illud qđ eſt in materia.7.meta.tex.cõ.28.& idẽ habet̃ ifra.ibidẽ.c.31.ubi Cõm.dicit.ꝙ oẽ mixtum cũ materia fit à mixto cum materia.idem in.8.phy.in cõm.15.& in libro deſtruc.in diſpu.1.

Materia eſt cauſa multiplicationis generabiliũ ab uno generãte.7.meta.tex.cõm.28. idẽ.1.meta.cõ.40.& in libro deſtruc.diſputa.1.in ſolutione ſeptimi dubii.inquit.pluralitas numeralis.ſ.diuiſio ſequitur unum in forma ratione materiæ.

Materia trãſmutat̃ à corpore habẽte qualitatẽ actiuã,aut potẽtiam ꝗ̄ agit ꝑ corpus habẽs q̄litatem actiuam.7.meta.cõm.31.idẽ ibidẽ.cõ.28.&.12.meta.cõ.18.idem.8.phy.cõm.15.

Materia ſm̃ cõſiderationem ad ſubſtãtiã cõpoſitã ex materia & forma eſt pars ſubſtãtiæ,ſed ſcđm conſiderationẽ ad ſubſtantiã declarantẽ eſſentiã rei non dicitur eſſe pars ſubſtãtię,ſed eſſe apparẽs deferens formã in ſuam diffinitionẽ. Auer.ſentẽtia in.7.primę philoſophię in cõmen.34.idem ibidem.cõmen.21.&.43. Vbi apparet ex mente eius materiã non eſſe partẽ qdditatis rei, licet ſit pars eſſentialis cõpoſiti,differẽtia enim magna ualde eſt apud Peripateticos iter eſſentiã & quidditatẽ in rebus generalibus compoſitis ex materia & forma.tertio de anima.tex.cõmen.9.ſic etiam ſentit lucidiſſimus Themiſtius in tertio de anima.cap.27.& eſt opinio Alexã.& omnium Peripateticorum.¶ Auicẽna autem in trac.5.ſuæ primæ philoſophiæ.ca.5.de aſſignanda comparatione diffinitionis & diffiniti,tenet formã nõ eẽtotã rei qdditatem,ſed partẽ.unde uult materiã eẽ partẽ quidditatis,ſicut eſt pars eſſentiæ,& nõ diſtinxit inter eſſentiã, & qdditatem. Et hãc opinionem imitatur etiam Diuus Tho.in.7.meta.in lec.9.ſuperq; expoſitione tex.cõmen.34.& in libro de ente,& eſſentia,& in prima parte ſummę.q.75.& in.3.parte.q.50.& in.4.diſ.44.& Scotus in.7.ſuæ metaphy.q.16.& in.3.ſniarum.diſt.22. Et Antonius And.in.7.metaphy.q.12.ſed ut dixi cã erroris Auicẽ.fuit quẽ errãtem iſti ſunt ſequuti,qa non diſtinxerũt in materialibus eſſentiã à quidditate, neq; diſtinxerũt inter partes ſm̃ fidem ipſius ſpẽi,& inter partes ſm̃ imaginationẽ, & eſt differẽtia magna ualde,nam ut ſcribit Cõmen.in.1.metaphy.in cõmẽ.45. Ariſto.opinat̃ ꝙ intellecta rerum non ſunt ſubſtãtię rerũ,ſed ſignificant & notificãt ſubſtãtias rerũ. Certum eſt enim ꝙ materia eſt pars eſſentiæ,quia eſt ex partibus ſcđm fidem cõponentibus in eſſe reali ſubſtantiã compoſitam, tamen genus nõeſt materia,licet ſit materię ꝓportionale ꝑ Porphyrium.in cap.de differẽtia,& ꝑ Philoſophum in.7.primę pħiæ.in tex.cõmẽ.43.& Alexã. in libro.2. naturaliũ q̄ſtionum,queſtione ultima,demonſtratiue ꝓbauit hoc,ut etiam ↄfitetur Cõmen.1.metaphy.cõmẽ.17.&.12.meta.cõmen.14.& tamẽ genus eſt de qdditate ſpẽi:ſi igit̃ idem in cõpoſitis ex materia & forma eſſet eſſentia & qdditas,ptes eſſentię eſſent partes qdditatis,ſed ſecus res ſe habet,ut dicit̃ in.7.primę philoſophię.in tex.cõmen.41.& in.3.de anima.tex.cõm.9. De hoc uide quæ ſcripſerim in Theorematibus,in proprio Theoremate,quod incipit.In ↄceptis cum materia,aliud eſt quod quid eſt ab eo, cuius eſt quod quid eſt.

Materia & forma differũt, quoniã forma p̄dicat̃ per ſe de habẽte formã ,ſcđm ꝙ declarat qdditatẽ eius ſubſtãtialẽ,materia uero non p̄dicatur de habẽte formã uera p̄dicatione:ne dũ, ut p̄dicet̃ per ſe.Idolũ enim nõ dicit̃ cuprũ,nec homo caro.7.meta.cõ.34.idem ibidẽ cõ.23.ubi dicit̃,ꝙ materia

non

non ꝑdicatur niſi ſm̃ denoĩatione.ↄſimile.7.meta.43.&.45.cõ.&.9.meta.com̃.12.
Materia/alia ſenſibilis/alia intelligibilis.7.meta.tex. cõmen.34.&.35.&.39.&.5.metaphy.cõmen.3.& 8.metaphyſi.tex.cõmen.15.uide in Theorematibus.
Materia ſecundum ſe ignota eſt.7.metaphyſi.tex.cõmen.35.conſimile primo phyſi.tex.cõmen.69. & in primo cap.de ſubſtantia orbis.
Materia ſenſibilis eſt,ut æs & lignũ & q̃libet mobilis materia.7.meta.tex.com̃.35.
Materia intellectualis eſt,q̃ in ſenſibilibus exiſtit,nõ inquãtũ ſenſibilia ſunt, ut mathematica.ibidẽ.
Materia cum fuerit nõ erit res,forma aũt cum fuerit erit res.7.meta.cõmẽ.37.& fuit ſentẽtia iſtius dicti Cõmentatoris ſumpta à lucidiſſimo Themi.in.2.de aĩa.in principio.ubi ſcribit iſtud eſſe diſcrimen inter materiã & formã,nã res à materia habẽt,ut fierent:à forma uero,ut eſſent.
Materia etiam erit quorũdam non ſenſibiliũ.7.metaphy.tex.com̃.39.
Materia non ſolũ à phyſico ſciri debet,uerũetiã ratio ſeu forma & magis.7.meta.tex.cõmẽ.39. idẽ 2.phyſi.21.&.26.& in.1.de partibus animalium.cap.primo.
Materia eſt ꝓpria entibus naturalibus.7.meta.cõmẽ.39.Vide in cõtradictionibus nuper editis.
Materia nõ ꝑdicat̃ de re nomine principali.7.meta.cõ.43.&.23.idem.9.meta.tex.cõ.12.
Materiæ natura talis eſt,quod ꝑ eam poteſt res eſſe & nõ eſſe.7.meta.tex.cõmen.53.
Materię natura talis eſt,ꝙ eius qdditas & forma eſt recipe formã.7.meta.cõ.ultimo.idẽ primo cap. de ſubſtãtia orbis,ubi.d.ꝙ natura materiæ ſubſtãtiat̃ per poſſe,& in.2.phy.cõ.15.
Materiam dico,q̃ non eſt hoc aliqd ens actu:poteſtate aũt eſt/hoc aliqd.8.meta.tex.cõ.33.
Materiam localẽ ſi qd habet,non eſt neceſſe illud habere materiã generabilẽ & corruptibilem.8.metaphyſi.tex.cõmen.4.idem.infra.tex.com̃.12.&.12.metaphy.tex.com̃.10.idem primo.phyſi.com̃. 63.& in libro de ſubſtantia orbis per totũ ferè,& in.1.cœli.com̃.20.&.95.
Materiam eſſe ſubiectũ,eſt declarãdum in ſcientia naturali,ſed materiam eẽ ſubſtãtiam eſt declarãdum in ſcientia diuina.Cõmentator in.8.metaphyſi.cõmen.4.uide idem in.2.phyſi.c.21.&.7.metaphyſi.cõmen.9.&.12.meta.cõmen.5.
Materia quę eſt ſubiectũ tranſmutationis ſubſtãtialis,quãdo recipiet formam,aſſimilat̃ ei quod eſt in actu,& quãdo dimiſerit eam,aſſimilatur non eſſe.8.meta.com̃.4.
Materia prima eſt una numero.primo phy.cõmen.63.Iſta cõcluſio declaratur p Auer.in.12.primæ phiæ.in com̃.14.per iſtã diſtinctionẽ,unũ numero bifariã ſumiẽ poſitiue & priuatiue:unũ numero poſitiue eſt,ꝙ habet unã formam ſubalem dantẽ ſibi talẽ unitatem,diciẽ enim in.2.de anima. tex.com̃,2.ꝙ forma eſt ſuba per quã eſt hoc aliquid.&.1.de aĩa.com̃.90.omne q̃d eſt unum numero,& continuũ eſt p ſuam formã & non p ſuã materiã:alio modo aliqd diciẽ unũ numerro priuatiue,qa uidelicet nõ habet in ſe aliquã formã dantem ſibi unitatẽ numeralem,quẽadmodũ Socrates eſt unus numero p unam formã.unde Com̃.uult ꝙ materia differat à forma uniuerſali.multi enim crediderũt ꝙ,qa natura materiæ primę eſt cõmunis oĩbus rebus generabilibus & corruptibilibus crediderũt materiã eẽ genus.ſed inquit Cõmen.ꝙ eſt differẽtia inter cõmunitatẽ formæ generalis ſeu cõmunis,& inter cõitatẽ primæ materiæ:qa communitas formę generalis eſt extra aĩam in potẽtia.& ideo ſcire aliquid in uli eſt ſcire in potẽtia,ſed cõitas primę materiæ eſt pura priuatio,& non eſt extra aĩam,ſed in anima tm̃,& eſt locus ſatis obſcurus.Nam ſi cõitas formę cõmunis extra aĩam eſt in potẽtia,cum potẽtiæ ſit annexa priuatio.9.meta.cõmẽ.3.de neceſſitate,uidetur ergo ꝙ etiam talis cõmunitas formarũ ſit priuatiua,ex aduerſo etiã ſi cõmunitas materiæ

eſt priuatiua cum priuatio ſit annexa potẽtiæ,ſeqtur etiam talẽ cõmunitatem eẽ potẽtialem,& ita
non erit ſolũ in aĩa,uerũetiam extra aĩam,ſicut erat de forma cõi.Soluitur ex mẽte Alexã.& The/
miſtii,qui fuit abbreuiator eius in digreſſione aurea de priuatione materię, ꝙ illa non eſt uera pri
uatio dum dicit̃ materiam ẽm ſe eẽ inaffectã ſeu informẽ,ſed eſt negatio pura:dicit enim negatio/
nem formæ & formati,qa materia prima de ſe neq; eſt forma,neq; formatũ:differentia enĩ magna
ualde eſt inter negationẽ puram & ipſam priuationẽ:quia ut habet̃ in.2.libro de interp̃tatione:ne
gationem purã affirmatio priuatoria non ſeqtur,quia non ſi aliqd non uidet cæcum ꝓpterea eſſe
affirmabitur:de lapide enim uerũ eſt dicere ꝙ nõ uidet,tamẽ lapis cæcus nõ eſt,neq; ſi aliqd capil
licium non habuerit caluũ,ꝓpterea eſſe affirmabit̃:priuatio enim quodã modo eſt q̃litas quædã:
& ideo talis informitas uel inaffectio in prima materia non eſt uera priuatio,ſed negatio ſola:alio
quin ſequeret̃ materiã in ſui ſubſtãtia habere aliquã qualitatẽ.unde Ariſto.10.primæ p̃hię tex.cõ.
24.materia negatione oſtẽditur.ꝓ quanto igit̃ materia in ſe conſiderata nõ eſt forma neq; forma/
tum,ſic dicit̃ una numero:qa non habet formã dãtem ſibi unitatẽ numeralẽ, & ſic etiam dicit̃ cõ/
munis pluribus:quia non habet differẽtias formarũ indiuidualiũ,ex quibus eſt multitudo.Et ſic
uides quomodo cõitas materiæ eſt priuatiua ſumẽdo priuationẽ, large ꝓ negatione.negatio aũt
eſt purum ens rõnis.& ideo Cõmentator dixit in cõmẽto.14.ꝙ cõitas materię iſto modo eſt ſolũ
in anima tm̃.ſed cõmunitas formarũ uniuerſaliũ eſt extra aĩam in potẽtia:qa extra aĩam non ſunt
niſi ſingularia in actu in qbus ſaluat̃ natura formæ cõis: non enim uniuerſalia ſunt extra aĩam in
actu,ſicut poſuit Plato,tunc enim nõ opus eſſet ponere intellectũ agentem,ſicut dicit Cõmẽ.3.de
anima.cõmẽ.18.ſed ſolũ ſunt ſingularia à qbus intellectus abſtrahit uniuerſale.& ideo cõitas for/
mæ habet aliqd extra aĩam potentiale,& ſunt ſingularia in qbus ſaluatur,& iſta eſt ratio diuerſita
tis.Licet igit̃ priuatio ꝓprie dicta q̃ diſtinguit̃ contra negationẽ p̃ſupponat potẽtiam:tamen pri/
uatio large q̃ eſt ipſa negatio,nullã potentiam p̃ſupponit,nec aliquẽ habitum ponit,aut qualitatẽ,
& talis eſt priuatio cõmunitatis materię,qa eſt negatio formæ.¶ Sed tunc iterũ eſt difficultas,quia
uidetur ꝙ materia habet intentionẽ uniuerſalis p̃dicabilis de pluribus numero differẽtibus,quia
certum eſt ꝙ materia prima extra aĩam p dimẽſiones interminatas eſt diuiſa & multiplicata in ua
rias & diuerſas partes,q̃ ſtant ſub diueſis formis.eſt enim ſnĩa Philoſophi in.12.primę p̃hię in tex.
cõmen.27.ꝙ ſingulariũ cauſę ſunt ſingulares,etenim dicit ſingulariũ aliud tua materia,& ſpẽs,&
» mouens,& mea,uniuerſali aũt ratione eadẽ.& in.2.phyſi.tex.cõmẽ.38.idem habet̃. & tũc certum
» eſt ꝙ illa portio materiæ primæ q̃ ſtat ſub forma Socratis eſt materia, & ſimilr̃ portio materiæ q̃
ſtat ſub forma Platonis, & ita cum iſtæ portiones ſint numero differẽtes ſicut uult Ariſto.ſequi/
tur igitur ꝙ materia prima dicta de illis habet unitatem ſpeciei ſpecialiſſimę.¶ Ad hoc reſpondet
Alexander Achillinus in primo libro de elemẽtis, in dubio.8.negando materiam habere intentio/
nem ſpeciei,quia ſpecies habet partes ſubiectiuas de quibus ſpẽs prædicatur in recto, ſed materia
reſpicit plures materias indiuiduis cõmunicatas tãquã partes ĩtegrales q̃ non recipiũt totius p̃/
dicationem cuius ſunt partes,tamẽ materia homœogneũ eſt habẽs partes eiuſdẽ rõnis.¶ Sed iſta
ſoľo ſeipſam interimit.nã quotiens aliquod totũ ĩtegrale eſt homœogeneũ dũ diuidit̃ in ſuas p
tes,ibi eſt duplex diuiſio,una in partes integrales,alia uero eſt in partes ſubiectiuas:qa iſtę in ho/
mœogeneis inſeparabiliter ſe cõſequũtur,ſicut aqua eſt quoddã totũ integrale homœogeneũ,&
quando diuidit̃ in plures partes,eſt ibi duplex diuiſio,& totius integralis in partes integrales,&
totius uniuerſalis in ſuas ptes ſubiectiua:& licet aqua non p̃dicetur in recto ex parte qua eſt totũ
integrale,p̃dicatur tamẽ ex parte qua eſt totum uniuerſale,ut clarum eſt.Amplius ſi materia pri/
ma per te eſt totũ homœogeneũ,de neceſſitate ſequit̃ materiã habere rõnẽ uniuerſalis p̃dicabilis
de pluribus.ſcribit enĩ Cõmẽ.1.cœli.cõ.19.ubi Ariſto.ꝓbat ꝙ in elemẽtis cum ſint homœogenea
quò fertur ps,fertur & totũ,qa eadem in talibus eſt ratio de pte & toto.dicit Cõmẽtator ſic. Na/
» tura partiũ corporũ cõſiſium eadẽ eſt cũ natura totius diffinitione,& cũ ſit eadẽ diffinitiõe eſt ea
» dem forma,& ſi fuerit eadem forma erit eadẽ actione ꝓueniente ab illa forma.ſi igit̃ prima mate
» ria p te eſt homœogeneũ totum eiuſdẽ rõnis cũ ſuis ptibus,tũc natura ptis cum toto eſt eadem
diffinitione,& ſi eſt eadẽ diffõne eſt eadẽ forma,& ſic materia habet rõnẽ formæ cõmunis p̃dica/
bilis de pluribus qđ prius negabas.¶ Dixit aũt Sueſſanus ſup illa authoritate Cõmẽ.12.meta.cõ.
14.ꝙ materia põt ſũmi ut pars,& ſic non p̃dicat̃ niſi de ſeipſa:& põt ſummi ut totum,& ſic bene
poteſt p̃dicari de pluribus in q̃le.unde uult ꝙ Auer.licet neget primã materiã non hr̃e rõnẽ uni/
uerſalis p̃dicabilis in qd ſicut genus,habet tamẽ rõnem cõmunis p̃dicabilis de pluribus in q̃le ſi/
cut differẽtia.¶ Iſta ſoľo eſt purus error,qa prima materia,ſi eſt primo diuerſa à forma potentiali

qualis

qualis eſt forma generica,multo magis erit diuerſa à forma actuali q̃lis eſt differẽtia:maior enim
eſt cõueniẽtia inter genus & materiã,q̃ inter materiã & differẽtiã,ut eſt uidere.7.meta.tex.cõ.43.
genus nõ eſt p̃ter generis ſpẽs,& ſi quid eſt illud,ut materia eſt.Amplius Porphyrius in caplõ de
differẽtia dicit/ꝙ genus eſt proportionale materiæ & differentia formæ,unde propter conuenien
tiam inter materiam & genus Alexander in lib.naturalium q̃onum demonſtratiue ſcripſit mate
riam non eſſe genus,ut teſtatur etiam Cõmenta.1.meta.cõmẽ.17.&.12.metaphy.cõmen.14.
¶ Dicamus igit̃ ſermonẽ nõ intellectũ à modernis,ꝙ materia prima ſcd̃m mentẽ Auer.in illo cõm.
habet duplex eẽ,unum eſt eẽ quo intelligit̃,aliud eſt eẽ ſcd̃m ꝙ ſentit̃.in primo eẽ cõſiderat̃ in ſe,
ut dicit̃ eſſe una numero priuatiue modo expoſito,& illo modo non p̃dicat̃/nec de ſeipſa/nec de
aliis.nõ de ſeipſa,quia p̃dicatio eiuſdẽ de ſeipſo eſt ĩnaturalis,& eſt in fine abhominatiõis, ut dicit
Cõmen.in.1.priorũ.in digreſſione de quarta figura,& eſt nugatoria,ut dicit Cõmen.cõtra Auic.
unde p̃dicatio p̃ter naturã non meret̃ dici p̃dicatio,ut dicit lucidiſſimus Them.1 poſterio.ca.38.
Materia etiã prima illo mõ conſiderata nõ p̃dicat̃ de aliis,qa forma eſt ſubiectũ uniuerſalitatis,ut
dicit Cõmen.1.cœli.cõ.92.ſed materia prima illo mõ non habet formã intellectã ab ea, & ideo nõ
habet rõnem alicuius formæ cõmunis neq; generalis neq; ſpecificę,& de tali materia illo mõ con
ſiderata nulla prorſus trahit̃ p̃dicatio/neq; eſſentialis/neq; denoĩatiua,qa eſt p̃ſſiſſime cõſiderata,
& habet eſſe ut ſic in aĩa tãtũ.habet iterũ materia aliud eſſe ſcd̃m ꝙ ſentit̃,& hoc habet extra ani
mã in cõpoſito ſenſibili cuius eſt ps,& in tali eẽ materia cõſiderata,licet ſit una ſcd̃m ſubtũ, eſt ta/
men plures ſcd̃m potẽtias & habilitates,& in primo quidẽ eſſe ptinet ad diuinũ,& in ſcd̃o eſſe p/
tinet ad naturalẽ.unde Ph̃s in.1.de gene.& corrup.in tex.cõ.22.dicit,ꝙ materia eſt q̃liter eadem,
eſt aũt qualiter altera,ubi Cõmẽ.ſcribit in cõmẽto/ꝙ materia eſt una ſcd̃m ſubtum,& multæ ſm
potentias & habilitates ad recipiendũ formas ↄtrarias,& ſic recipit diuerſitatem & ſcd̃m ſpeciem
& ſcd̃m numerũ ſcd̃m diuerſitatem formarũ quibus afficit̃,& recipit rõnem p̃dicabilis de pluri/
bus,quia tũc cõſiderat̃ ut eſt formata,ſic enim rerũ ſpecie differẽtiũ materiæ ſunt ſpecie differen
tes.ut dicit Cõmẽ.8.phy.cõ.46.&.1.de aĩa.cõ.53.& materiæ rerũ numero differentiũ ſunt nume/
ro differẽtes.ut dicit Ariſt.in.12.meta.tex.cõmẽ.27.&.7.meta.tex.cõ.28.Sortes & Callias diuerſa
ſunt ꝑpter materiã,& de materia taliter cõſiderata,uerificat̃ etiam dictum Ph̃i in.7.& in.8.meta.
tex.cõ.6.ubi Cõmẽ.ponit documentũ dicens,& nõ debes dubitare in hoc,ꝙ fuit dictum in.7.ſ.ꝙ
materia nõ p̃dicatur de aliquo ſcd̃m nomẽ & ſcd̃m diffinitionẽ.& eſt dictũ hic ꝙ diffõnes natu/
rales cõſtituunt̃ ex formis & materiis.Vbi patet conſiderãti ꝙ loquitur de materia/ut eſt ſub for
ma & in ſecũda ſui notione,& ut cõparatur ad materiatũ,tunc enĩ p̃dicat̃ ut denoĩatiuũ prædica
tum.dicimus eni idolũ eſſe ligneũ aut ęreũ,ſed nõ æs aut lignũ,& de tali materia formata etiã ue
rificat̃,ꝙ in diffõne accidẽtiũ cadit ut differẽtia,p̃ſertim quãdo in abſtracto diffiniunt̃,ſicut naſus
in diffõne ſimitatis,ſed patet ꝙ nõ eſt conſideratio iſta de illa materia,de qua Auer. loq̃batur,nec
ſcd̃m illã conſiderationẽ,ſcd̃m quã dicit̃ hr̃e eſſe in aĩa tm̃, nũquã igit̃ materia habet rõnem p̃di/
cabilis niſi rõne formæ,ſed non rõne ſui in ſe p̃ciſe conceptę,& ſic patet ſolõ ad oĩa obiecta.¶ Sed
tũc eſt una difficultas,q̃a non uidet̃ ꝙ prima materia poſſit intelligi ꝑ priuationẽ oĩum formarũ,
quia materia cœli eſt magis actualis q̃ materia prima,& tamẽ materia cœli quæ eſt orbis,nõ põt
intelligi ſine forma,qđ oſtẽditur ꝑ Auer.in libro de ſub̃a orbis.cap̃.2.ubi dicit/ꝙ ſi intellectus po
neret illã ſine intelligẽtia eẽt ſicut de motu.unde ſicut motus nõ remanet/ſic nec orbis:igit̃ orbis
non põt abſtrahi à ſua forma.Multo igit̃ prima materia quæ eſt in fine,& in ultimo gradu potẽ
tialitatis & ĩperfectionis poterit abſtrahi ab ipſa forma.¶ Ad hoc rñdet p̃fatus Achillinus ubi ſu/
pra aſſerẽdo differẽtiã eſſe inter materiã cœli & ĩferiorũ,qa materia cœli nullã prioritatẽ habet ad
formã cœli,& ſic nullo modo p̃ſcindi põt à forma ſua,qa hoc eẽt abſtrahere poſterius à ſuo prio/
ri,qđ implicat,ſed materia iſtorũ ĩferiorũ,licet abſolute ſit ſimul natura cũ forma,qa eſt correlati
ua formæ,& ſit materia poſterius forma in genere cauſæ formalis,qa in illo genere eſt cauſata,tñ
prioritatem habet ad formã in genere cauſæ materialis,& ſic minus repugnat materiæ inferiorũ
abſtrahi à ſua forma q̃ materię ſupiorum:quãuis ipſa ſit magis potẽtialis q̃ materia cœli,qa mate
riã primam p̃ſcindere à forma,eſt quodãmõ p̃ſcindere prius à poſteriori.¶ Sed iſta ſolõ ſtare nõ
poteſt,qa tunc Auer.in.2.cap̃.de ſub̃a orbis.poſuiſſet caſum implicãtem cõtradictionẽ in eẽ intel/
ligibili,& tũc caſus ille eẽt deriſibilis.Amplius Cõmẽ.in.1.cœli.cõ.92.& in.2.cap.de ſub̃a orbis.cõ
parat materiã cœli ad materiã primã ponendo differẽtiã,quia materia cœli eſt in actu, & materia
prima eſt in potẽtia,& tũc quęro utrũ in tali cõparatione ĩtellſus Auer.abſtraxit materiam cœli à
ſua forma,quãdo cõparauit ipſam materiã primæ aut nõ.ſi primũ,habetur ꝑpoſitũ,ꝙ intellſ po

teſt abſtrahere materiã cœli à ſua forma,ſi non:igitur eſt mala cõparatio,quia cætera nõ ſunt paria,quia cõparatur materia cœli,ut eſt habẽs formã ad materiam primã ſine forma:& tũc dicam ſibi ꝙ ſi materia cœli eſt in actu,eſt rõne ſuæ formæ,& non eſt ex ſua ĩtrinſeca rõne:dicam enĩ ꝙ materia prima etiã ut eſt formata eſt in actu,& ita non habet Cõmentator intentũ ſuũ. Amplius ſi cœlum non poſſet intelligi ſine forma,quomõ igitur diuerſificati fuerũt Phi,cum qdã aſſeruerunt ipm eẽ primã cãm.Aliqui uero dixerũt ꝙ eſt cauſatũ à prima cauſa,ut dicit Cõmen.in.1.cœli.com̃.20.Amplius falſum eſt ꝙ cœlũ nullo mõ prioritatis pcedit ſuam formã,ga pcedit ſcđm noſtram cognitionẽ:cœlũ enĩ eſt ſenſibile ſenſu uiſus,& certũ eſt ꝙ Phi uia motus primo cognouerunt naturas corporales,q̃ naturas abſtractas.Amplius ſicut res ſe habet ad eſſe,ſic ſe habet ad cognoſci,ſed materia prima eſt magis ppe nihil q̃ orbis.dicit enĩ Cõmẽ.in ulti.cap̃.libri de ſuba orbis,ꝙ materia habet gradus,& potẽtia habet gradus.unde ex.2.cap̃.de ſuba orbis,eſt ex pfectiſſimis modis materiæ,q̃ poſſunt inueniri in corporibus:& ita magis uideẽ dependere tã in eſſe q̃ in cognoſci materia prima à forma materiali,q̃ materia cœli à forma ſpirituali:& hoc teneo ſine dubio.Nec ualet,quia tũc poſterius abſtraheret à ſuo priori.nã ut ſcripſi in Theorematibus,propoſitio illa uulgata,quæ aſſerit poſterius nõ poſſe abſtrahi à ſuo priori,locũ habet ubi prius eſt de quidditate inferioris ſeu poſterioris,ſed fallit ubi ſecus eſt.Nam certũ eſt ꝙ pure mathematicæ conſiderant numeros & magnitudines nulla habita cõſideratione ſubæ:nulla enim mathematicarum de ſuba conſiderat niſi aſtrologia.2.meta.tex.com̃.44.Et ex hoc etiã ſequit,ſi illa opinio uera eſſet,ꝙ tũc ſi cœlũ non põt abſtrahi à ſua forma,ꝙ cũ aſtrologus cõſiderat de ſuba cœli gterna,conſideraret de ĩtelligentia,qđ nullus unquã Peripateticus aſſeruit.Et ppterea dico,ꝙ q̃cũq; ſunt realr̃ diſtincta,ĩtellectus põt ſeorſum ſeparare,licet in re nõ ſeparent:diuidit enĩ materiam à forma,licet natura nõ diuidat,& hoc tã in corruptibilibus q̃ in rebus æternis:maior enĩ lõge eſt diuerſitas inter intelligentiam & orbem,q̃ ſit inter materiã iſtorũ & formas corporales:& maior eſt diuerſitas cœli ab intelligẽtia,q̃ ſit diſtantia & diuerſitas corporũ cœleſtiũ à corporibus q̃ ſunt hic,quia corpora omnia ſunt in eodem ordine,licet ſit ibi prioritas & poſterioritas,& natura corporis & natura intellus ſunt in diuerſis ordinibus:& ideo ſicut intellus poteſt abſtrahere corpus corruptibile à corpore æterno,ſic põt abſtrahere corpus æternum à ſuba ſpirituali.unde Cõmẽ.2.cœli.cõ.3.dicit,ꝙ licet ex intelligẽtia & orbe fiat unũ numero,tamẽ eſt ſcđm diſpoſitionem magis diminutã q̃ ſit diſpoſitio recipientis & recepti in forma abſtracta ppter cauſam pdictã.Tũc dico ꝙ caſus Auerrois eſt poſſibilis ſcđm imaginationẽ,& quærit Cõmẽ.poſito ꝙ intelligentia nõ eſſet quid eẽt de orbe.& ipſe reſpondet ꝙ eſſet ſicut eſt de motu,ut oſtendat ꝙ tãetſi cœlũ nõ habeat compoſitionem,neq; prĩcipiũ intrinſecum per qđ poſſit corrũpi:ſic enim ex ſe formaliter loquẽdo eſt neceſſe eſſe,eſt tamẽ cauſatũ ab intelligẽtia in rõne cauſæ efficiẽtis & finalis ab æterno:& ita ſicut motus cœli non eẽt ſi intelligẽtia efficiẽs motũ non eſſet:ſic cœlũ non eẽt ſi intelligẽtia quæ dat ſibi pmanentiã æternã,non eſſet.Nõ dicit igit Cõmẽ.ꝙ intellus non põt intelligere cœlum non intellecta intelligẽtia,quia hoc falſum eſt,ſed dicit ꝙ cœlum non remaneret inexiſtẽtia,ſi cauſa eius nõ exiſteret:& iſta eſt uia eius,ut patet inſpiciẽti uerba eius. ¶ Sed eſt ardua difficultas adhuc,utrũ materia in illa prima notione ſui, qua à diuino cõſideratur,ultra unitatem illã priuatiuã,qua dicit una numero,habeat aliquã unitatẽ poſitiuã,cũ ens & unũ eãdẽ naturam ſignificent.¶ Ad hoc reſpõdet ꝙ materia ſicut in ſe conſiderata eſt ſuba & ens,ſic etiam eſt una unitate trãſcendenti,quæ cõuertitur cum ente,nec Auer.hoc negare põt.unde Albertus cognomẽto magnus,qui fuit diligẽs ſpeculator in ſcia diuina,in trac.2.cap̃.4.dicit,ꝙ materia põt cõſiderari duobus modis.uno modo ut eſt ſubſtãtia & fundamẽtum,& ſic eſt diuerſa ſubſtantia à forma, & forma etiã ut eſt ſuba eſt diuerſa à materia,& illo mõ conſideratę non referũtur ad inuicem,nec illo modo una eſt cauſa alterius.Materia enim non eſt cauſa ſubſtãtiæ formæ:quia materia eſt potentia,& id qđ eſt potẽtia ,nõ eſt cauſa eius, qđ eſt in effectu.forma aũt ſcđm ſuã naturã actus eſt:forma etiam non eſt cauſa,quare materia ſit ſubſtãtia,uel q̃re materia ſit materia:tamẽ forma cauſa eſt quare materia ſit in effectu ſiue in actu,quia forma dat materiæ eẽ in actu,non inquãtum eſt hæc forma uel illa,ſed inquãtũ forma eſt abſolute.& ideo per ſucceſſionẽ formarũ materia ſemp eſt in actu,& corruptio unius eſt generatio alterius,& quia forma eſt ppter quã eſt actu materia,& materia nõ põt eẽ in rerũ natura niſi ſit in actu.ideo forma eſt cauſa quare materia ſit.& ideo ſequitur ꝙ ſi nulla ſit forma,ꝙ materia nõ erit,& ſi non ſit materia,non erit materiatũ.Et ex hoc accipit ꝙ forma aliquo mõ eſt prior materia prioritate cauſæ,quia licet nõ ſit cauſa materiæ uel ſubſtãtiæ eius in eo ꝙ materia,uel in eo ꝙ ſubſtãtia eſt:tamẽ eſt cauſa eſſe materiæ,& nõ eſt cau-

ſata ab ea,& paucis interpoſitis dicit,ꝙ aliud eſt dicere materiã in eẽ ſubſtãtiæ eẽ eandẽ numero: & aliud in eſſe materiæ eẽ idem numero:& aliud eſt dicere hoc aliquid.i.ſubſtãtiam demonſtratam eẽ idem numero:ſicut enim ſupra dictũ eſt,indiuiſio cauſa eſt unius.& inde cõtingit ꝙ materia in eẽ fundantis ſubæ indiuiſa eſt & manet,& diuidit̃ in eſſe materiæ:ꝑut materia eſt in potentia,quia ſcd̃m eſſe fundamẽti uidetur eẽ una materia in omnibus,q̃ materiã habẽt,& hoc modo nihil ꝓhibet eẽ unum in formis,q̃ ſibi ſuccedunt,ſed in eẽ materiæ cui cõiuncta eſt potentia nõ eſt ſic,quia potẽtia ad unũ non neceſſario eſt potẽtia ad alterũ:materia enim ut ſuba & fundamentum prior eſt ad materiã ſcd̃m ꝙ materia eſt in potẽtia,quia iſto ſecũdo modo eſt ſubiectum motus & mutationis:priori autẽ modo eſt ante mutationẽ & motum.⁋ Et ſi q̃ritur quid ſibi tribuit unitatem numeri?Dicẽdũ eſt ꝙ nihil,niſi indiuiſio ſui eẽ ſcd̃m ꝙ ſic uel ſic cõſideratur. hęc ille,& eſt ſententia conſonans,ſicut uides,opinioni Alexandri & Themiſtii in digreſſione primi phyſi.& omnibus Peripateticis,ſicut uides.

Materiam nullam habet formam ſibi ꝓpriam & naturam exiſtẽtem in actu,ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe.primo cap̃ de ſubſtantia orbis,&.1.phyſi.cõmen.63.&.69.

Materia difficile intelligi aut imaginari põt,niſi per comparationẽ ad alterũ, ſicut dicit Ariſt.1.cap. de ſuba orbis,& eſt authoritas P̃hi in.1.phyſi.tex.cõ.69.uide in concordantiis.

Materia non habet diuiſionẽ niſi per dimẽſiones:& ideo primitus recipit tres diuiſiones quę dicũtur corpus.1.cap.de ſubſtantia orbis.&.1.phyſi.cõmen.63.

Materia nunq̃ denudat̃ à dimenſionibus non terminatis:quia tunc corpus fieret ex non corpore, & dimenſio ex non dimenſione.primo cap.de ſubſtantia orbis.

Materia ideo primitus recipit dimẽſiones recipientes dimẽſionem terminatã,quia eſt multa in potentia:quoniã ſi nõ haberet dimẽſiones,nõ recipet ſimul formas diuerſas nec numero nec ſpecie, niſi in tẽporibus diuerſis:ſed in eodẽ tẽpore non inueniretur niſi una forma,& cum hoc materia eſſet una numero.ibidẽ.⁋ Ex quo patet q̃liter deducat̃ ↄſequẽtia in qua tantũ laborauit Burleus primo phyſi.cõmẽ.63.ubi Cõmentator habet, ꝙ ſi materia expoliaret̃ à corporeitate,tunc materia haberet formam dantem ſibi nomẽ & diffinitionem.

Materia,ut dicit Ariſto.non habet eẽ in actu niſi ſcd̃m ꝙ uidetur,quẽadmodum forma non habet eſſe in actu niſi ẽm ꝙ intelligitur.Cõmen.in primo cap.de ſubſtantia orbis,idem.12.primę philoſophiæ.tex.cõmen.14.uide in ↄcordantiis quomodo ſit hoc intelligẽdum.

Materia habet gradus & potẽtia ſimiliter.ultimo capite de ſubſtantia orbis. ⁋ Ex hoc patet ſolutio ad argumentũ Ioãnis Grãmatici:arguebat enim ꝙ ſi materia corporũ cœleſtiũ nõ eſt eiuſdẽ rationis cum iſtis,tunc talis materia eſſet cõpoſita ex aliquo cõi in quo conueniũt, & ex aliquo ꝓprio utriuſq;,per quod differũt.⁋ Diuus Thomas tenẽs corpora cœleſtia eẽ compoſita ex materia & forma alterius rõnis ab iſtis inferioribus iſto modo nititur ſoluere iſtud argumẽtũ in primo de cœlo & mũdo in lectione.6.inq̃t enim ꝙ iſtæ materiæ ſunt diuerſæ, ſed non ꝓpter aliquã compoſitionem,ut imaginabat̃ Ioãnes Grãmaticus,ſed ꝓpter habitudinẽ ad diuerſas formas:q̃a una eſt totalis,& alia eſt partialis.ſic enim potẽtiæ diuerſant̃ ẽm diuerſitatem actuũ. ⁋ Sed iſta opinio non uidetur eſſe de intẽtione Ariſto.ꝙ orbis ſecluſa intelligẽtia ſit cõpoſitus ex materia & forma,imo eſt corpus ſimplex.ut late ꝓbatum eſt ꝑ Auerroẽ in libro de ſubſtãtia orbis,tum q̃a licet materię diſtinguãtur per habitudines ad diuerſas formas hoc eſt extrinſece,q̃a habitudines iſtę ſunt reſpectus,& ꝑtinent ad p̃dicamẽtum relationis,ſed iſtæ materiæ cum ſint ſubſtãtiæ & ſuba à toto genere eſt ens abſolutũ:ens enim ad ſe eſt natura prius,ente ad alterũ.Quæro igit̃ in illo priori ſi ſunt diuerſæ,uel idẽ:& ſi ſunt diuerſæ.q̃ro igitur ꝙ diuerſificãtur. & ſic argumẽtum Ioãnis Grãmatici ſtat in ſuo robore:ſi uera eſt ꝓpoſitio Philoſophi ꝙ oĩs diſtinctio ſit per actum.7.meta.tex.com̃. 49.& ſic iſtæ erũt compoſitæ ex cõi utriuſq;,& ex aliquo próprio. ⁋ Et ideo melius eſt dicere iuxta uiam Auerrois ꝙ orbis non eſt ſuba compoſita,ſed ſimplex:& eſt materia in actu,& eſt diuerſa à materia in potentia q̃ eſt in iſtis ꝑ ſuam rationẽ intrinſecam:materia enim habet gradus,& potẽtia gradus.unde ſecus eſt de ſimplicibus & de principiis,ſecus de cõpoſitis & de principiatis:compoſita enim diſtinguũtur ꝑ ſuas formas principalr̃,& principiata differũt ꝑ ſua principia,ſed ſimplicia ipſa & principia nõ differũt ꝑ alia priora:ſic enim ꝓcederetur in ĩfinitum, & in illo modo locũ habet in compoſitis ꝙ diſtinctio eſt ꝑ actum,ſed nõ eſt uniuerſalr̃ uera de ſimplicibus.unde dico ꝙ orbis eſt in ſupremo & ꝑfectiſſimo gradu materierũ corporaliũ: & prima materia eſt in gradu infimo, & in medio ſunt alia, ut elementa & id genus, quæ differunt etiam ſecundum magis.& iſta uia tutior eſt,ſicut uides.

Materiæ entiũ oppoſitorũ ſeu cõtrariorũ, debent eſſe oppoſitæ ſiue contrariæ.2.meteo.cap.2.

Materia non mouetur per ſe.1.metaphy.cõ.11.uide etiam.5.phyſi.tex.com̃.8.

Materia prima uere recipit diffõné elñti poſitã in.5.meta.Cõmé.5.meta.cõ.4.in calce cõmenti.

Materia non eſt genus.1.meta.com̃.17.&.12.meta.cõ.14.ubi Cõmen.dicit ꝙ Alex.ſcripſit demonſtratiue ꝙ materia nõ eſt genus, pro quo uide Alexã.in.2.libro naturaliũ qõnum.q.ultima.

Materia primo recipit formam magis uniuerſalem, & ea mediãte, formam minus uniuerſalé uſq; ad indiuiduales.primo metaphy.cõmen.17.

Materia eſt una numero in multis ſecũdum ꝙ eius eſſe eſt in potentia.primo metaphy.cõmé.17.&.12.metaphy.com̃.14.& primo phyſi.cõmen.63.

Materia nõ põt p̃dicari de ſpeciebus generatis ex ea.1.meta.cõ.17.&.12.meta.cõ.14.

Materia eſt una numero ſcd̃m ꝙ eſt ſubiectum formarum indiuidualiũ, & multa ſcd̃m formas, qa diuiditur per eas.primo meta cõmen.17.&.12.metaphy.cõmen.11.&.14.primo de generatiõe & corruptione.cõmento.22.& tex.com̃.29.&.4.phyſi.tex.com̃.84.

Materiale non tranſmutatur niſi ab alio materiali.1.meta.tex.cõ.31.&.7.meta.cõ.31.

Materiam oportet intelligere in re mota.2.metaphy.tex.cõmen.12.ubi Cõmentator gloſat in generatis compoſitis ex materia & forma, aut formis.

Digreſſio ɔtra Diuũ Thom. Egidiũ Ro. & Scotum.

Materia/alia intelligibilis/alia ſenſibilis: materia ſenſibilis eſt, ut lignũ/& ęs: materia aũt ĩtelligibilis eſt/ut ſunt mathematica.7.meta.tex.cõ.35.idé.8.meta.com̃.& tex.15 ¶ Sanctus Tho.in.2.phyſi.in lec.3.in expõne tex.cõ.18.& in qõnibus ſup Boetio de Trini. qõne qua q̃rit/utrum conſideratio mathematica ſit ſine materia, uidet̃ dicere ſubãm circũſcriptis accidẽtibus eſſe materiã intelligibilem, qa ſic non remanet cõp̃henſibilis niſi intellectu, eo ꝙ ſenſibiles potẽtiæ non ptingunt uſq; ad ſubę cõp̃henſioné, & quia ſubæ accidũt accidẽtia ordine quodã: quia prius natura accidit ſibi quãtitas/deinde q̃litas/deinde paſſiones & motus. unde cũ accidẽtia ſcd̃m ſui rõné dependeant à ſubſtãtia, non poſſunt per intellectũ abſtrahi à ſubſtãtia, ſed quãtitas põt ĩtelligi ſine q̃litatibus ſenſibilibus, à qbus dr̃ materia ſenſibilis: q̃titas enĩ nõ depẽdet à q̃litatibus ſenſibilib⁹.& ideo põt abſtrahi ab eis, ſed nõ põt abſtrahi à ſuba, q̃ eſt materia intelligibilis.& ibidé dicit ꝙ cũ dicimus ꝙ forma abſtrahit̃ à materia, nõ ĩtelligit̃ de forma ſubali, qa forma ſubalis & materia ſibi correſpõdens dependẽt adinuicé, & unũ ſine alio nõ poſſit ĩtelligi, eo ꝙ ꝓprius actus in ꝓpria materia fit: ſed ĩtelligit̃ de forma accidentali, q̃ eſt qualitas, & figura: à q̃ quidé materia ſenſibilis abſtrahi non poteſt, cũ qualitates ſenſibiles nõ poſſint ĩtelligi non ĩtellecta q̃titate, ſicut patet in ſup̃ficie & colore: nec etiam põt intelligi ſubtũ motus, quod non ĩtelligit̃ eſſe q̃tum. ¶ Conſimilem ſñiam imitat̃ Egidius Romanus, in.2.phyſi in loco allegato. Scotus etiam in.6.meta. qõne prima tenet ſubiectũ ſcientiarũ mathematicarũ eſſe ſubãm corpoream.& Auicé.& uniuerſaliter oẽs ponẽtes formã corporeitatis coæternã in materia, uidẽtur tenere ſubãm corpoream eẽ ſubiectũ & materiam intelligibilem, à qua nõ abſtrahũt ſciæ mathematicæ. ¶ Sed in ueritate, iſta nõ eſt mens Ariſto. nec antiquorum expoſitorũ. Ariſto. enim in.12. primæ p̃hie. tex.cõmé.44.exp̃ſſe dicit ꝙ ex mathematicis ſola aſtrologia de ſuba ſempiterna ſenſibili mentioné facit, aliarũ uero de nulla ſubſtantia mentionem faciunt. Amplius Themi. primo de aĩa in expõne tex.cõmé.16.exp̃ſſe dicit mathematicũ ſolũ inania ſpacia contẽplari.& Simplicius in.2.phy. in expõne tex.18.&.19.dicit geometram ſolũ corpus quod eſt trina dimenſio, non aũt materiã/aut motũ ɔſiderare, ita etiã Themiſtius: ĩmo Them̃. dicit ꝙ aſtrologus quãdo unà cũ mathematico.i.cum geometra cœleſtiũ corporũ accidentia ſpeculatur, non illorũ ſubſtãtiam q̃rit.etc. Ita etiam Cõmen. dicit ꝙ non ɔſiderat de eis, ut ſunt cœleſtia mobilia, ſed ut ſunt figuræ tm̃. Amplius patet ex diffinitionibus poſitis in geometria & arithmetica, ubi patet nullã dari p ſubſtantiã neq; compoſitã/neq; ſimplicé. ut patet in libro elñtorum Euclidis de diffinitione lineæ/ſup̃ficiei/corporis/figuræ/circuli/trianguli, & ita eſt de diffinitione numeri & paſſionũ eius ĩ arithmetica. ¶ Amplius ꝙ dicũt Diuus Thomas, & Egi. ꝙ cũ accñtia ſint poſteriora ſubſtantia nõ poſſunt abſtrahi: & ſic cum q̃litates ſenſibiles ſint poſteriores q̃titate nõ poſſunt abſtrahi, quia poſterius nõ põt abſtrahi à ſuo priori. ¶ Reſpondet̃ ꝙ quãdo prius eſt de quidditate poſterioris, tũc poſterius nõ põt abſtrahi à ſuo priori, ſicut ſpẽs nõ poſſunt abſtrahi à generibus/nec ĩferiora à ſup̃ioribus, ſed ſi prius nõ ẽ de q̃ditate poſterioris, intellꝰs bene põt abſtrahere: intellꝰs enim, ut dicit̃.12.meta.com̃.39.põt multa ſeparare, q̃ natura nõ poteſt: quia autẽ ſubiectum non eſt de q̃dditate accidentis, intellꝰs poteſt abſtrahere accñs à ſubiecto: quia põt intelligere accñs intellectione ſimplici nõ ɔſiderando de ſubſtãtia, q̃ eſt ſubiectum eius. unde Ariſt. in p̃dicamentis docuit: q̃uo intellectus poteſt ĩtelligere uerũ correlatiuũ alicuius, iſto modo pro-

cedit

cedit p uiam abſtractionis, circũſcribendo oĩa ab illo q̃ accidunt, & ſunt extranea illi, ſicut ad non
circũſcribendo ab ipſo ꝙ ſit homo & aĩal, & eadẽ ratio ſubſtantia ſola remanẽte relatione dominii
apud intellectũ, quia tali remanẽte adhuc ſeruus dicit̃ ad dñm. ideo dominus eſt p ſe correlatiuũ
ſerui. Ariſto. igit̃ docuiſſet modũ impoſſibilẽ, ſi intellectus nõ poſſet abſtrahere accñs à ſubiecto:
imo magis, quia loquit̃ ibi de accñtibus q̃ ſunt in caplõ relationis, q̃ habẽt eſſe diminutũ, intantũ
ꝙ quidã reputauerũt p̃dicamentũ relationis eẽ de ſecũdis intellectis, ut. d. Cõmẽ. 12. meta. cõ. 19.
multo igit̃ fortius intellꝯ poterit abſtrahere quãtitatem & q̃litatem à ſubſtantia, q̃ ſunt entia ab/
ſoluta & maioris entitatis. ¶ Amplius ꝙ dicit Thomas, ꝙ intellꝯ formã ſubſtantialẽ non põt ab/
ſtrahere à materia, quia in quadã relatione ꝯſiſtit. ¶ Reſpondet̃ ꝙ nõ ſunt relatiua ſcd̃m eẽ, ſed ſm
dici. Amplius ẽ ꝯtra Ariſt. in. 2. phy. tex. cõmẽ. 12. ubi dicit ꝙ natura dicit̃ de forma q̃ non eſt ſepa/
bilis ſm eſſe, ſed ſcd̃m rõnem. ubi lucidiſſimus Themiſtius dicit, formã porrò dicimus nõ re, ſed
ratione à materia abiungi. Amplius hoc eſt ꝯtra Ariſtotelẽ. 2. phy. tex. com̃. 26. ubi licet dixerit ma/
teriam eẽ, quodãmodo ad aliquid: in eodẽ tamẽ textu terminans q̃onem, in qua q̃rebatur uſq; ad
quẽ terminum ſe extendit ꝯſideratio quidditatiua naturalis Philoſophi, dicit ꝙ uſq; ad ſpẽs ſepa/
ratas quidẽ, ſed in materia exiſtẽtes. ubi Them̃. & Græci exponunt ꝙ quãq̃ formæ materiales quã/
doq; poſſunt cogitatione à materia ſeparí: non tamẽ poſſunt actu aut ſubſiſtentia eximi: licet Cõ/
mentator locũ illum aliter interp̃tetur: & Diuus Thomas dicat illud ꝓpter alias rõnales: tamen il/
lud ſm antiquos expoſitores ueritatem habet de oĩbus formis materialibus. & eſt authoritas Phi
primo de generatione & corrup. tex. cõmen. 41. ubi dicit: hæc aũt ſpecies ſine materia, ut ĩmateria/
lis potentia in materia exiſtẽs. etc. Amplius Cõmen. 12. meta. cõmen. 39. exp̃ſſe dicit, ꝙ intellꝯ ĩna/
tus eſt diuidere ꝯiuncta in eſſe in ea ex quibus cõponũtur, q̃uis in eſſe nõ diuidãtur ſicut diuidit
materiam à forma, & forma à cõpoſito ex materia & forma. ita etiam dicit. 7. meta. com̃. 27. ꝙ gene
ratum eſt diuiſibile in duas partes ratione, nõ actu. ſ. in materiã & formã. &. 2. phyſi. cõmẽ. 12. dicit
formam eſſe ſeparatã à materia ſm diffinitionẽ. quod etiã dicit Diuus Thomas, & Egidius de q̃lita
tibus falſum eſt: quia Ariſt. in. 12 primæ philoſophiæ uult ꝙ in omni p̃dicamento eſt ꝓpria potẽ/
tia & ꝓprius actus: & ex ꝯſequẽti intellectus põt intelligere q̃litatem p ſua ꝓpria principia nihil
conſiderãdo de principiis quãtitatis: in oĩ enim genere eſt ĩuenire qd ꝓpriũ. ut dicit̃ in. 6. topico.
Dicamus igit̃, ut aperiamus ueritatẽ in hoc q̃ſito, ꝙ ut notat Alexãder in principio libri priorũ:
naturalis in pleriſq; locis utitur mathematica abſtractione: ſciẽ enim ſibi inuicẽ famulant̃. dat aũt
exẽplum Alexãder ſicut quãdo intellectus ratione abſtrahit formã à materia, & ſicut abſtrahit ac
cidentia à ſubſtãtia. unde licet naturalis p diffinitionem naturalem nõ poſſit diffinire formã ſine
materia, nec ècõtra. quia ſic, ut naturaliter cõſiderantur, in relatione quadã conſiſtũt, ut dicit̃ in. 2.
phyſi. in tex. cõ. 26. & ſic etiam diffinitiones cõpletæ accidentiũ ꝓpriũ debent dari p ſubiecta. etc.
nihilominus p cogitationem & abſtractionẽ ſimplicem põt conſiderare formam non ꝯſiderando
materiã aut ècontra. & ſimilr̃ de accidente & ſubiecto. ſed tũc naturalis in iſtis caſibus utitur ma/
thematica abſtractione non naturali q̃tenus naturalis, quia diffinitiones naturales ꝯcernunt ma/
teriam ſenſibilẽ: & ꝙ hoc uerũ ſit, oſtendit̃ Ariſto. authoritate in primo cœli & mundi. tex. cõmẽ/
92. & 93. Quòd in oĩbus habentibus formam in materia, ſiue ſint arte, ſiue natura ꝯſtantia: alterũ.
eſt ipſa ſm ſeipſam forma, & q̃ eſt mixta cum materia. unde. d. iſtam ꝓpoſitionẽ ueram eẽ in ſolõ/
ne illius q̃ſtionis. & confirmat̃: quia uidemus intellectũ aliquas diſpoſitiões attribuere formę ſm
ſe conceptæ, quarũ oppoſitas attribuit eidem, ut cõcipitur cum materia. Dicit enim Cõmen. in. 3.
cœli. com̃. 28. & etiã in. 4. cœli. com̃. 22. ꝙ grauitas in motu elñti ſcd̃m ꝙ eſt forma tantũ eſt motor,
ſed ſcd̃m ꝙ eſt in prima materia eſt mota. quod quidẽ fieri non poſſet ſi intellꝯ non eẽt aptus a
ſtrahere formã à materia, ſeu diuidere eã. Animaduerte igit̃ & bene conſidera ꝙ eſt magna diffe/
rentia, dicere intellectũ poſſe abſtrahere uel diuidere hoc ad hoc, & dicere ĩtellectũ poſſe diffinire
hoc ſine hoc. Nam abſtrahere hoc ab hoc nihil aliud eſt, q̃ intelligere hoc alio nõ intellecto, & hoc
intellectus uniuerſalr̃ facere põt in oĩbus inuicẽ coniunctis in eẽ, ubi unũ non eſt de quidditate al
terius: & qa materia & forma ſunt primo diuerſa, & ſuba, & accidens ſunt primo diuerſa, & ſubie/
ctum non eſt de quidditate ꝓpriæ paſſionis: dico ꝙ intellectus indiſcriminatim põt iſta p abſtra/
ctionem & diuiſionẽ quandã app̃hendere: quia innatus eſt diuidere ea q̃ ſunt cõiuncta in eſſe: tñ
intellꝯ nõ põt diffinire formã materialẽ ſine materia, nec ècõtra: nec põt diffinire accñs ſine ſubto
ꝓprio: qa diffõ explicat cõpletæ rei eẽntiã: & licet forma nõ ſit de qdditate materiæ, nec ècõtra: qa
tamẽ in q̃dã relatiõe ꝯſiſtit, ut dicit̃ in. 2. phy. ideo nõ põt cõplete diffiniri, niſi in eius diffõne po/
nat̃ materia, uel exp̃ſſe, uel ꝯſecutiue. ut dicit̃. in. 2. phy. in tex. cõ. ulti. & ſilr̃ cõpleta diffinitio acci/

dentis debet dari ꝑ ſubiectū, quod cadit tanq̄ additū. ut dicit̃ in. 7. metaphyſi. tex. cōmen. 17. Non diſtinxerunt igit̃ iſti doctores inter actū abſtrahendi, & diffiniendi: & tamē eſt magna diſtinctio, licet uterq; ad primā intellectus operationē ꝑtinere uideatur, ſed eſt differentia magna, ſicut inter actū imperfectū & perfectū, ſi bene ꝯſideras. Vnde Ariſt. iſto mō docuit in. 2. phy. in tex. cō. 19. ad diſcernēdū diuerſitatē in natura formarū in ſua abſtractiōe à materia ſenſibili ex diffōnibus earū ponēdo regulā, ꝙ q̄cūq; formę diffiniri poſſunt ſine materia ſenſibili, tales ex rōne ſui ſunt abſtractæ à materia, & ut ſic, pertinent ad mathematicū: q̄cūq; uero īpoſſibile eſt, ut ſine materia diffiniantur, pertinent ad naturalē: īpoſſibile eni eſt qdditates naturales diffinire ſine materia & trāſmutatione, ut dicit Com̄. 7. meta. cō. 39. unde ex diffōnibus, q̄ cōpletę rei naturā oſtendunt, talē dr̃iam uenatus eſt, & iſto mō etiā ꝓceſſit in. 6. meta. dū uenatus eſt diffōnē formalem in ſcientiis ſpeculatiuis ex diuerſis modis diffiniendi: ꝓpter hoc igit̃ dixit in. 2. phyſi. in loco p̄allegato: fiet autē hoc ūtiq; manifeſtū ſi aliqs tentauerit utrorūq; dicere terminos & ipſorū accn̄tiū: impar qdem eni & par, & rectū, & curuū, adhuc aūt & numerus, & linea, & figura ſine motu, caro aūt, & os, & hō non adhuc, ſed hæc ſicut naris ſima, ſed nō ſicut curuū dicit̃. Vbi notat Com̄. cō. 19. ꝙ formarū quædā ſunt magis ſeparabiles, & q̄dā minus. unde formæ illæ quæ īdifferēter cōcipi poſſunt ſine materia ſenſibili, & cū materia ſunt illæ, in quibus cōuenit naturalis cū mathematico, ſed mathematicus cōſiderat & diffinit eas abſq; materia, q̄ eſt principiū trāſmutationis: naturalis uero cū materia, ſed illæ formæ q̄ nullatenus ſine materia diffiniri poſſunt, illæ ſunt appropriatæ naturali, aut artibus mediis, q̄ etiā ſine materia ſenſibili diffinire nō poſſunt. ut dicit̃ in. 2. phyſi. tex. cō. 20. licet minus appareat in eis q̄ in puris naturalibus: & ut redeamus ad ꝓpoſitū, materia intelligibilis, ut Ariſt. dicit, ſunt mathematica. i. res mathematicæ, ſicut uerbi gr̃a in geometria pūctus, & magnitudo, ſeu ꝯtinuū & paſſiones eius, ut abſtrahūt à q̄litatibus ſenſibilibus, dicunt̃ materia ītelligibilis, ſiue tale continuū ſit ad unū diuiſibile ut linea, ſiue ſcd̄m duo ut ſupficies, ſiue corpus qd̄ eſt undequaq; diuiſibile. unde Com̄. in. 3. cœli. cō. 6. inqt. ꝙ geometer conſiderat corpus inquātū eſt quantū ſine accidentibus aliorū p̄dicamentorū: ſed naturalis cōſiderat corpus tūc cū accidētibus cæterorū p̄dicamentorū, & iſta etiā eſt exp̄ſſa ſn̄ia Ariſt. in. 11. meta. cap. 3. inqt enim mathematicus circa ea, q̄ ex ablatione theoriā facit: circūtollens enim oīa ſenſibilia ſpeculat̃, puta leuitatē & grauitatem, & duritiē, & contrariū, adhuc aūt, & caliditatem, & frigiditatem, & alias ſenſibiles qualitates ſeu contrarietates, ſolū aūt derelinquit quātū & continuū, horū quidem ad unum, horū uero ad duo, horū aūt ad tria: & paſſiones horū inquantū quanta ſunt & continua, & non ſcd̄m aliud ſpeculat̃. hæc ille. ¶ Ita dic cōſequenter in arithmetica ꝙ numerus, & unitas, & paſſiōes numeri in quantum ſunt quātitas diſcreta, & abſtrahūt à cæteris prædicamentis, ſunt materia ītelligibilis in arithmetica. ¶ Sed cōtra iſtā determinationem inſtat̃, qa Ariſto. in. 4. primæ ꝑhiæ. tex. cōmē. 4. tot ſunt partes philoſophiæ, quot ſunt partes ſub̄æ: & ita nō uidet̃ eſſe aliqua ſcīa ſpeculatiua, q̄ nō ſit de ſub̄a: & cum ſcīa mathematica ſit in numero ſcīarum ſpeculatiuarū, uidet̃ ergo ꝙ ſit de ſubſtantia. Amplius tu dixiſti ꝙ naturalis non pōt diffinire formā ſine materia, neq; accn̄s ſine ſubiecto ꝓprio: & quæ eſt ratio diuerſitatis ꝙ mathematicus diffinit ſine ſub̄a, quæ eſt ſubiectū quātitatis, ſi materia ītelligibilis à qua mathematicus non eſt abſtracta non eſt ſub̄a, ſed eſt quātitas uel continua, uel diſcreta. ¶ Ad primū reſpondet̃ ſcd̄m expoſitionem Auer. per philoſophiā Ariſt. intellexit primā philoſophiā, q̄ per antonomaſiā philoſophia dicit̃: & quia ſubſtātiæ q̄dam ſunt abſtractæ à materia: q̄dam uero inter ſe in materia, ſic prima philoſophia ſecat̃ in duas ꝑtes, quarū altera contemplat̃ ſubſtātias materiales, q̄tenus ſubſtātiæ & entia ſunt, alia uero cōſiderat de abſtractis, & iſta eſt uia Auerro. ſine dubio ibi. Vel ſm̄ Alex. ſicut in entibus mathematicis quędam ſunt prima, q̄dā ſcd̄a, iccirco mathematicarū, q̄dā eſt prima, q̄dam ſcd̄a, q̄dā tertia. prima (uerbi gratia) eſt, q̄ circa plana uerſat̃. ſcd̄a quæ circa ſolida, deinde aſtrologica q̄ ſolida quæ in motu ſunt cōſiderat, tum mechanica q̄ naſcentia & pereūtia tractat, qui ordo in ſubſtātiis quoq; reperit̃, nā primæ ſunt ingenitæ & īmortales q̄ corpore uacāt nec mouent̃, de quibus prima philoſophia ediſſerit. ſecūda uero philoſophia de ſempiternis q̄ motu cientur, tertia q̄ ſubſtantias conſiderat naſcentes & intereūtes: nam hæ ſubſtātiæ ultimæ ſunt. ubi patet ꝙ duo ultima mēbra pertinent ad naturalem ſub rōnibus ſenſibilibus, licet eadem pertineant ad diuinū ſub rōnibus tranſcēdentibus, ut notat Cōmen. 12. meta. cō. 1. 6. &. 29. ita ꝙ ſcd̄m nullā expoſitionem cogimur dicere mathematicas puras de ſubſtātia theoriā facere. Ad aliud reſpondet̃ ꝙ mathematicus, ut dicit Cōmē. in. 1. phyſi. com̄. 1. ſolum cām formalem cōſiderat, unde ſolū formam declarātem quidditatē continui, aut diſcreti, uel paſſionū iſtorū ut abſtrahunt à ſubſtātia, & à cæteris p̄dicamentis: & tales diffini-

tiones ſunt media,quæ ſufficiunt in demõſtrandis accidétibus q̄ emanát à ſuo ſubiecto in tali eẽ imaginabili:& ideo nõ ingredit̃(ut inquit Com̃.)in diffinitiõibus taliũ materia quæ eſt cá tranſmutationis ſed naturalis,qa eſt artifex ſenſatus,uerſat̃ enim circa res ſenſibiles,non põt abſtrahere à tali materia ſenſibili,nec à ſuƀa tali à qua fluit eẽ ſenſibile:& ſi quádoq; diffiniret illę eẽnt diffinitiones dialecticæ & uanæ,ut dicit Phus in.1.de aĩa.tex.cõ.11.unde Com̃.1.phy.cõ.ult.dicit/ꝙ formarũ q̄dá ſunt in.materiis,& q̄dam ſunt abſtractæ à materia,& ideo cõſideratio de formis eſt duarũ ſciarum.ſ.naturalis & diuinæ,qa quidditatiue naturalis cõſiderat formas materiales,& diuinus abſtractas,& patet ꝙ nulla fit mentio de ſcientiis mathematicis:quia opinio eius fuit,mathematicum purum ſolum circa quantitates uerſari,& hoc teneo.

Materia dupl̃r dicitur/aut quæ ad ipm̃ prima/aut oĩno prima.5.meta.tex.com̃.5.ubi Cõméta.d.ꝙ materia dicitur duobus modis/aut cõmunis omnibus entibus/aut propria unicuiq; enti.idem.3.cœli.cõmen.67.& primo phyſi.com̃.82.&.2.phyſi.10.

Materia nõ dr̃ natura,niſi qa recipit naturá.ſ.formá quæ principal̃r eſt natura.5.meta.tex.cõ.5.

Materiam unam habent uniuerſaliter quæ adinuicem tranſmutantur.5.metaphy.tex.com̃.11. idẽ primo de generatione & corruptione.tex.cõmen.43.

Materia eſt prior forma ſecũdum poteſtatem,forma autem eſt prior materia ſecundum actum.5.metaphy.tex.cõmen.16.& eſt in capitulo de priori.

Materia prima eſt táquá genus altiſſimũ:materia autẽ ꝓpinqua eſt ultimá formá habens in generatione.i.quę recipit ultimá formá.5.meta.cõ.29.Ex quo loco poſſumus declarare authoritatem Auer.in.1.phyſicæ auſcultatiõis.in com̃.1.in qua adeo laborauerũt expoſitores ut Egidius Ro. in quolibeto.5.q.19.& ſil̃r Ioá.de Baccone in quolibeto.2.q.qua q̄rit/utrũ materia ſit pura potentia,ſil̃r Burleus in illo loco multũ laborat:tamẽ ex p̄ſenti loco Cõmen.põt declarari p ſeipm̃.prima enim materia eſt ſicut genus altiſſimũ,per genus altiſſimũ intelligo genus generaliſſimũ.Vbi aduerte ꝙ nõ eſt intẽtio Auer.aſſimilare primá materiá generi generaliſſimo quantum ad p̄dicationem & uniuerſalitatem p̄dicationis:tunc enim ſibi manifeſte ↄtradiceret in.1.meta.cõ.17.& in 12.meta.com̃.14.ubi inquit/ꝙ prima materia non habet intẽtionẽ alicuius cõis/aut alicuius uniuerſalis p̄dicabilis de pluribus ſicut genus.Alexan.enĩ ſcripſit demõſtratiue ꝙ materia nõ ſit genus,ſicut dicit.& eſt uidere in.2.lib.naturaliũ q̃nũ.q.ulti.Sed talis ſil̃itudo eſt penes hoc,nam ſicut genus altiſſimũ non habet ſupueniẽs genus in qđ poſſit reſolui:ſunt enim decẽ genera generaliſſima,ut dicit Porphyrius/táquá decẽ rerũ principia:principii aũt ꝓpriũ eſt primũ eẽ.5.meta.tex.com̃.1.Sic prima materia nõ habet priorẽ in quá reſoluat̃.& ideo appellatur ſimplex:per ultimá,formá aũt intellexit formá ultimatá nõ ordinabilem ad ulteriorẽ formá,ſicut ĩ mixta ultima forma eſt forma mixti:& illa nõ ordinat̃ ad ulteriorem:ſicut formæ elemẽtariæ ordinantur ad formá mixti,ut patet ex fine primi de generatiõe.Et ideo quæcũq; mediant ĩter primá materiam & ultimam formá appellant̃ materiæ cõpoſitæ & formæ cõpoſitæ,quia materia taliũ reducit̃ ad primá materiá,& forma taliũ ordinat̃ ad ultimá formá.Sic igit̃ p̄ter primam materiá & ultimam formam oĩa media ſunt materiæ cõpoſitæ & formæ cõpoſitæ:ſed illa duo tantũ ſunt cauſæ ſimplices.¶ Qđ aũt dixit Egidius illud ĩtelligi ſcđm diuerſum modũ abſtractionis,quia forma gene- Impugnatio Egidii Roſſi ris & forma ſpẽi ſm̃ Auer.ſunt unũ realiter,ſed differũt ſcđm maiorem aut minorem abſtractionẽ,materia enĩ,ut dicit Com̃.1.meta.cõ.17.prius recipit formas magis uniuerſales,& eis mediátibus recipit minus uniuerſales uſq; ad ĩdiuiduales,licet hoc uerũ ſit ꝙ hmõi gradus dant̃ in forma/& etiá in materia,ut eſt uidere in ultimo cap̃.libri de ſuƀa orbis ab Auer.ubi dicit/ꝙ materia habet gradus,& potẽtia habet gradus:nihilominus uidet̃ mihi ꝙ iſta expoſitio non quadret expoſitioni Auer.qui uult ꝙ Ariſt.in ꝓbatione illius maioris,in qua dicit̃.Tũc enim opinamur cognoſcere unũquodq; cũ cauſas primas cognoſcimus/& principia prima/& uſq; ad elemẽta.Vbi dicit ꝙ per cauſas primas ĩtelligit cauſas ſimplices exiſtẽtes in re primas nõ cõpoſitas,& ſunt prima materia & ultima forma,& ex ↄſequẽti loquit̃ de cauſis realibus,& in eſſe reali cõſideratis,& non ſcđm abſtractionẽ rõnis,quia Phs naturalis eſt artifex realis,& ſua intereſt cognoſcere oẽs cauſas reales/& ꝓpinquas/& remotas,ſed illa ↄſideratio ſcđm differẽtiá rõnis inter gradũ maioris abſtractionis ptinet ad artificẽ rõnalem uel cõem.unde dicit.Quæ enĩ ſunt p̄ter primá materiá & ultimam formá cuiuſlibet rerũ naturaliũ ſunt materiæ cõpoſitæ & formæ cõpoſitę,loquit̃ enĩ ſcđm eſſe naturale. Impugnatio Ioannis de Baccone. ¶ Et ex hoc patet quáto plus ſit accuſatiõe dignus ille bonus Io.de Bacco.in loco allegato,qui per ultimá formá expoſuit primũ motorẽ,motus authoritate Cõmen. in.12.meta.cõ.18.ubi habet ꝙ omnes formę naturales ſunt in potẽtia in prima materia,& ſunt in actu in primo

motore.Sed hoc iterū ſtare nō pōt,qa licet dictū Cōmen.ſit uerū,ibi tamen non facit ad ꝓpoſitū, quia Cōmen.dicit hic,ꝙ per cauſas ſimplices Ariſt.ītellexit cauſas exiſtētes re primas & nō cōpoſitas,ubi patet ꝙ loquiť de cauſis intrinſecis primis.Manifeſtū eſt aūt ꝙ primus motor nō eſt de
Obiectio. principiis intrinſecis,ſed extrinſecis.¶ Sed dices,tūc iſta expoſitio non pōt uerificari niſi in mixtis, & in habētibus plures formas:in elemētis aūt non uideť uerificari,ubi nō eſt niſi una forma tm̄.
Solutio. ¶ Soluiť ꝙ(ut dicit Cōmen.1.phy.com̄.1.),ꝓpoſitio illa Phi oīa hn̄tia prīcipia cauſas & elm̄ta non cognoſcunť niſi ex cognitione principiorū,aut cauſarū,aut elementorū ſuorū, impoſſibile eſt ut hæc ɔiūctio,aut,ſit ſicut copulatiua natura:nā diſpoſitio ſcīæ certę inueniť in rebus hn̄tibus cauſas quaſdā per ſcīam illarū cauſarū,ſicut īueniť in habentibus oēs cauſas.Tunc igiť in ſilī in elm̄tis non eſt niſi materia prima & forma elemēti,& illa eſt ultima forma in elemēto, qa ulteriorem nō habet neqꝫ priorem ſcd̄m rē.& ideo ſcīa de elm̄tis perficiť in ſcīa cauſarū ſimpliciū ꝑciſe quantū ad cauſas intrinſecas,ſed ſcīa mixtorū habentiū plures formas & plures materias ꝑficiť ex cognitiōe cauſarū ſimpliciū & compoſitorū.non igiť īpedit expoſitionē Cōmen.aliqd hoc qđ obiiciebať,ſicut uides clare.nā ꝙ diciť,qđ enim eſt inter primā materiā & ultimā formā cuiuſlibet rerū naturaliū ſunt materiæ cōpoſitæ,& formæ cōpoſitæ,ītelligiť in quibuſcūqꝫ ſunt plures formę,& plures materiæ,in carentibus enim multitudine tali impoſſibile eſt ut hoc uerificeť maxīe ſcd̄m naturalem conſideratione,q̄ conſiderat res in eſſe reali,& nō ſcd̄m eſſe rōnis,ut dictum eſt.

Materia,alia remota,alia propinqua.5.metaphy.tex.cōmen.29.

Materia dicitur genus.5.meta.tex.com̄.33.& eſt in cap.de genere.uide in concordantiis.

Materia & forma dicunť diuerſa genere.5.meta.tex.cō.33.¶ Vbi aduerte ꝙ lr̄a Arabica ibi ē corrupta,qa dicit ꝙ ſunt idē genere.& Com̄.exponit,qa fit ex materia & forma unū.uide in ɔcordātiis.

Mathematicæ demonſtrationes procedunt à notioribus naturæ & nobis ſimul.1.phyſi.cō.2.idem 7.meta.tex.com̄.10.&.3.cœli.com̄ 61.&.1.de anima.com̄ 10.

Mathematicæ conſiderant de cauſa formali tātum,qđ patet primo phy.com̄.primo.uide quomodo ſit intelligendum.2.phyſi.cōmen.68.

Mathematici non dicunt magnitudinem augeri in infinitum in actu,ſed ſolum eſſe quantācunqꝫ uoluerint finitam.3.phyſi.tex.cōmen.71.

Mathematicæ magnitudines habent contactū.5.phy.com̄.22.& habeť in.1.de genera.& corrup.in tex.cōmen.44.&.4.phy.tex.com̄.76.idem.5.phyſi.com̄.30.&.39.

Mathematicus contactus aſſimilatur continuo,quia ultima reuertunť in unū.5.phyſic.com̄.22.& 30.&.39.ſecus de contactu naturali,quia duo ultima remanēt duo demōſtrata in actu.

Mathematicus aliter conſiderat magnitudines,& aliter naturalis.primo cœli.cōmen.primo.idē.2.phyſi.tex.cōmen.18.&.3.cœli.cōmen.6.

Mathematica nonnulli crediderunt eſſe ſubſtantias.7.metaphy.tex.cōmen.5.

Mathematicus circa ea,q̄ ex ablatione,theoriā facit,circūtollens enim oīa ſenſibilia ſpeculať, puta leuitatem & grauitatē,& duritiem,& cōtrariū,adhuc autem caliditatē & frigiditatē,& alias ſenſibiles cōtrarietates,ſolū aūt derelinquit quantū & continuū.11.primæ philoſophię.ca.11.¶ Ex quo loco manifeſte deduci pōt materiā intelligibilem eē ipm̄ quātum ut abſtrahit ſcd̄m rationem ab omnibus q̄litatibus & ɔtrarietatibus ſenſibilibus,ut declaraui in Theorematibus in ꝓprio Theoremate de hoc,ubi declaraui qūo ſit intelligendū mathematicū non abſtrahere à materia intelligibili,contra Egidiū Rom̄.& alios tenentes materiam intelligibilem eſſe ſubſtantiam.

Mathematicorum quidditates poſſunt intelligi ſine ſenſu & motu,& ſine materia ſenſibili.7.metaphy.tex.cōmen.39.&.37.&.6.metaphy.tex.cōmen.2.

Mathematicus utitur cōmunibus proprie.11.primę philoſophiæ.cap.3.& in primo poſteriorū analyticorum.tex.com̄.24.& in.4.primæ philoſophiæ.tex.cōmen.7.

Mathematici ſolam quantitatem ſpectant quo opere neqꝫ uſus corporis naturalis eſt,neqꝫ affectionū hęrentiū corpori in eo ꝙ naturale eſt,quales ſunt caliditas,frigiditas,humiditas,ſiccitas, ſed in contemplationem ſola ſpacia ipſa mera,inaniaqꝫ,& confinia corporum adhibenť.Them̄.ſentētia.3.de aīa.cap.50.¶ Inde ſcire potes quid ſit materia intelligibilis contra multos Latinorum. Vide quæ ſcripſi in Theorematibus de hoc.

Mathematica ideo abſtractione & abiūctione conſtare dicunť,quoniā ab his q̄ in naturalibus corporibus uſitanť loco,q̄litate,tpe,actione,motu,affectionibus,& reliqs generibus eximunť,abiūgūturq;.Them̄.in.3.phy.71.& habeť ab Ariſt.in.10.meta.cap.3.& Auer.in.3.cœli.com̄.6.

Mathematicus utiť lōgitudine,latitudine,& pūcto indimēſibili ſeparatim atqꝫ ſeorſum,quāuis mi

nimum illorum ſubſiſtat actu per ſe,quia tamẽ fingunẽ ſubſiſtere in conſiderationẽ p ſe ſine mẽ/
dacio ueniũt.Them̃.3.phy.ſuper tex.71.¶ Ex quo ſcire poteris differẽtiam inter naturalem & ma
thematicũ.nã licet Ariſt.in.2.phy.tex.cõ.16.dixerit corpora phyſica hr̃e ſupficies/& longitudies/
& pũcta,ſicut mathematica:tamẽ naturalis nõ ɔſiderat talia inquãtum naturalis eſt,ut ſunt ſeor/
ſum & ſeparatim ſe habẽtia:ſed ſi quãdoq; naturalis conſiderat ſolã longitudinẽ ſine latitudine:
tunc utiẽ mathematica abſtractione,ſicut etiã in pleriſq; aliis rebus,ut bene notat Alex.unde nul
la eſt phyſica magnitudo niſi corpus,ſicut bene notat Simplicius authoritate eiuſdem Alex.in.1.
cœli & mũdi.unde lineę naturales ſunt corporeę,& ſuperficies ſilr:& puncta naturalia ſunt cor/
porea/quatenus naturalia ſunt,ſicut ſunt minima naturalia,& ſicut ſunt poli mũdi naturales,ſed
mathematicę ſunt pũcta indiuiſibilia,ſicut notat Com̃.in.2.cœli.cõ.14.& in.4.phyſi.in cõ.118.Et
ſic loquũtur Peripatetici de iſtis.Et nota bene hoc,qa Latini noſtri de hoc ſunt in maxima alter/
catione.unde lucidiſſimus Them̃.expſſe in pſenti loco dicit/q; nõ oĩs linea naturalis eſt q̃ & natu/
rã reqrat & locũ,nam mathematicę q̃dam dicunẽ,q̃rũ ueluti locus eſt animus ſpeculantis.

Mathematicorum entium genera repræſentant materias fictas intentionales. ex paraphraſi meta.
tracta.2.colũ.16.

Mathematicæ ſciæ,& ſcia de anima conſiderãt res/partim in materia,partim uero à materia abiun
ctas res ſimplices in prologo primi phyſi.& Ammonius (ut Philoponus tradit) in principio libri
de anima,de qua opinione uide quæ ſcripſerim in quæſtionibus miſcellaneis etc.

Mathematici:oẽs naturales affectiones à contemplatione ſua reiiciũt,ſolas meraſq; magnitudines,
& nuda ac inania ſpacia finiunt,finiendis his/neq; materiam/neq; naturalẽ q̃litatẽ adiũgũt. Them̃.
1.de aĩa.com̃.17.contra illos qui ponũt ſnbam corpoream eſſe ſubiectũ ſciarũ mathematicarũ.

Mathematica dicuntur ex ablatione,& naturalia ex appoſitione.3.cœli.tex.com̃.6.

Mathematicis quæcũq; inconuenientia accidunt,neceſſe eſt naturalibus accidere.3.cœli. cõmen.6.
Vbi uide limitationem Auerrois q; habet ueritatem in pluribus,ſed non in omni loco,& uide be
ne calcem cõmenti ſexti iam allegati,quia bene intelliges hoc.

Mathematicus & naturalis conueniunt in hoc q; continuum eſt diuiſibile in infinitum,ſed diffe/
runt quod ſit augumentabile in infinitum,quia mathematicus concedit hoc,ſed naturalis negat
illud.uide cauſam.3.cœli.cõmen.6.

Numeri eſſe in anima non eſt omnibus modis eſſe in anima,quia tunc eſſet ens fictũ,ut chimera & hircoceruus, ſed eſſe eius extra animã eſt in potentia.ſ.propter ſubiectũ proprium, & eſſe eius in anima eſt in actu.⁋Ex quo colligitur ꝙ entia,quibus aliquid non correſpondet,extra animã ſunt figmenta.4.phyſi.cõmen.134.
Numerus ſimplr̃ non multiplicat,ſicut multiplicat numerus nõ ſimplr̃ dictus.4.phy.cõ.134.
Numerare & menſurare, ut inquit Boetius noſtra eſt functio noſtrum eſt opus, nulla enim menſura à natura conſtituit,Themiſt.4.phy.cõmen.132.in digreſſione.Et elicitur ex ſententia Ariſt. in tex.dicentis,ſi non eſt anima,numerus non erit.
Numero ternario tenemur magnificare creatorẽ in orationibus & ſacrificiis,qa omnia iſta nõ fiunt niſi ad magnificandũ creatorem.1.cœli.cõmen.2.& elicitur ex tex.
Numero ternario appellationes aſſignamus,primo.cœli.tex.cõmen.2.
Numerus ternarius eſt perfectus.primo cœli.tex.cõmen.2.&.3.
Numerorum principia utrũ ſint eadem numero aut ſpecie,dubiũ eſt.3.cœli.cõmen.35.
Numerus denarius pfectus eſt,& oẽm uidet cõprehẽdere naturã numerorũ.1.meta.cap.2.
Numerorũ natura ſm aliquos & idearũ eſt una natura, ſm alios autẽ alia eſt natura numerorũ,& formarũ,ſed eſt natura media ĩter formas & ſenſibilia,& iſta fuit opinio Platonis.1.meta.cõ.8.
Numerus numerat ſe aut per unitatem,aut per numerũ.1.meta.tex.cõmen.37.
Numeri mathematici ſunt impaſſibiles.1.metaphyſi.tex.cõmen.38.
Numerorum tres ſunt ſpecies,eſt enim numerus mathematicus,q non multiplicat per multiplicationem rerũ numeratarũ,& eſt numerus formalis, qui diuerſat per diuerſitatem entiũ,& eſt numerus cuius iſte numerus eſt forma, & ſunt ſenſibilia.1.meta.cõmen.38.⁋Nota tamen ꝙ illa di-

uiſio ſeqtur ẜm mētem antiquorū,ↄtra quos arguit Pħs & Cōmen.ibidem, ꝓ illo uide Themiſt. primo de aīa.cap.12.ſuper.26.ubi recitat opionem Themi.inquit enim cū incorporeā naturam à quātitate ↄtinua remotiſſimā putarēt,utpote q̄ nullā molē aut diffuſionē haberet,ſed ſub diſcretā cōmode cadere uiderēt,numerū illi & multitudinē aſſiſcebāt,nō oēm,ſed quā uerę & ſimplices unitates attollerent.Dixi ueras ac ſimplices unitates,qa numerus q ad īcorporea ꝑtinet,non ↄſtat ex his unitatibus,q̄ corporali naturæ mortaliq; tribuūtur, nullū enim corpus perfecte unū eſt,qa in infinitū ſecabile eſt, quāobrē numerū illum tanq̄ ex ſpeciebus & formis collectū formalem ſeu ſpecificum appellabant contraq; eius generis numeros,ut rerum formas & ſpecies p̄dicabant,atq; huic ſententiæ uerſus ille congruit.

Quæq; ſuos retinent numeros:numero omnia conſtant.

Numerus eſt ens exiſtēs extra animā. primo meta.cōmen.36.uide quomodo ſit intelligendū in.4. phyſi.cōmen.131. Dicit enim ibi Cōmen.eſſe numeri in aīa non eſt oībus modis, ſed in anima eſt in actu & extra animam eſt in potētia per ſubiectū eius ꝓprium,& eſſe eius in anima eſt in actu, ſcilicet quando anima fecerit illam actionem.

Numerus cognoſcitur & multiludo per priuationē continui.2.de anima.tex.cōm.133.quod qualiter ſit intelligendum,uide in digreſſione infraſcripta.

Numerus cognoſcit̄ à ſenſibus negatione continui. Ariſto.ſnīa eſt in.2.de aīa.in tex. cōmē.133.dicit Simplicius in iſto loco ꝙ non eſt intelligendū numerū ſentiri ꝑ negationē cōtinui.i.tanq̄ ꝑ priuationem,ſicut tenebra à uiſu,& ſicut abſonū ab auditu.Nā numerus ꝑ ſe ſenſibilis eſt ſicut & unū & eſt mouens potentiā ſenſitiuā.Iā.n.Ariſto.in hoc tex.enumerās oīa ſenſibilia cōia,quorū alterū erat numerus,dixerat ꝙ oīa motu ſentimus,unde nō eſt dictum Pħi intelligendū ꝙ tāq̄ priuatio ſentiatur,quæ non mouet ſenſum,ut tenebra,q̄ non mouet uiſum, ſed quoniā opponit̄ unū multitudini cum multitudo ↄſiſtat in ↄgregatione unius ſimul quod eſt cōtinuū ẜm unūquodq; ex quibus multitudo ↄſtat,& quia in rebus ſenſibilibus unū,ut cōtinuū eſt unū,& cum in multitudine numerali non appareat tale unū continuū,q̄uis numerus unus exiſtens ſcd̄m diuiſam collectionē:& unus eſt & cognoſcit̄,ſed non ut continuus,& hoc manifeſtat negatio cōtinui,uidelicet non ut ſolū unū cognoſci, hoc enim ↄtinuū eſt in oībus ſenſibilibus,ſed tāquā in collectiōe multorū taliū collectione recuſante continuationē,& iſtū modū dicendi uel conſilēm imitat̄ Paulus Venetus in p̄ſenti loco,inqt enim ꝙ unū & multa ſumunt̄ dupl̄r uel abſolute,uel īmutatiue,abſolute unū eſt priuatio & multitudo eſt habitus,ſed īmutatiue unū eſt habitus,& multitudo eſt priuatio,unde dicit ꝙ non ſumit̄ priuatio hic ut tenebra reſpectu lucis,ſed eo mō quo unū contrariorū eſt priuatio ꝑfectionis.Nam certius & euidētius iudicamus de uno q̄ de multis.Et ideo quātū ad imitandū ſenſum unū eſt habitus & numerus eſt priuatio.¶ Sed Cōmen. Albertus & diuus Tho.uident̄ dicere ꝙ numerus eſt priuatio unitatis cōtinui.iſte locus in ueritate eſt multū difficilis,qa ſi numerus eſt ens reale,& eſt forma abſoluta cū ſit in p̄dicamēto abſoluta,neq; habet aliquā unitatē & entitatē,& per cōſequēs pōt illo modo eſſe ſenſus obiectū,cū Ariſt.dicat oīa ſenſibilia motu ſentiri,unde non eſt dubiū ꝙ ſecluſa omni aīæ operatione in manu eſt numerus quinarius digitorū,& in oculis binarius,& ideo difficile eſt uidere qūo numerus ſit priuatio unitatis,& qd̄ auget difficultatē,eſt qa Cōmē.tenet in.10.met.ꝙ unū & multitudo opponuntur priuatiue,& unū eſt priuatio,& multitudo habitus,& nūc dicit oppoſitū,& per uitā meā quātū eſt locus iſte obſcurus poſt longā perſcrutationē uidet̄ mihi in hoc eſſe diſtinguēdū.¶ Pro quo nota ꝙ formarū ſunt diuerſi gradus,q̄dā enim ſunt ↄiunctæ ſcd̄m eſſe,& diffinitionē in materia ſenſibili,q̄dā utroq; modo abſtractę,q̄dā ſunt medio mō,qa ſcd̄m eſſe ↄiungunt̄,& ſcd̄m rōnē abſtra hūt,primus gradus eſt appropriatus naturali,ſecūdus diuino,tertius eſt cōis naturali & mathematico,ſed duobus diuerſis modis,qa ſi diffiniant̄ cū materia ſenſibili,pertinent ad naturalem,ſi abſq;,ꝑtinēt ad mathematicū.Et nota ꝙ iſta ſunt iſta q̄ à Pħo hic dicunt̄ ſenſibilia cōia ut magnitudo/motus/figura/quies/unū/numerus,& quæ ad iſta reduci poſſunt,ut tp̄s/locus/ſitus/& id genus.Vbi aduerte ꝙ entia naturalia & mathematica ſunt eadem ſubiecto,ſed diſtinguunt̄ ratione formali,ut linea mathematica & linea naturalis,& id genus,nam ut ſunt naturales res ſic ſunt in materia ſenſibili,& cū ea ītelligunt̄,ut uero ſunt mathematica,ſic in abſtractiōe conſiſtūt. Et nota ꝙ in iſta diuerſa conſideratione de iſtis poſſunt diuerſa & oppoſita uerificari,ſicut alias diffuſe ꝓbaui rōnibus,& authoritatibus.Dico igit̄ ꝙ eſt duplex numerus/naturalis/& mathematicus, & eſt multiplex differētia inter hęc,quia numerus naturalis cauſat̄ ex diuiſione ↄtinui, & rectius dicit̄ multitudo q̄ numerus,& partes eius ſunt unitates corporales & diuiſibiles,qa ↄtinuū nō di

uidiť in res ĩdiuiſibiles,& iſte numerus ſeu multitudo eſt unũ ex ſenſibilibus cõibus,ſed numerus mathematicus cõponiť ex unitatibus ĩdiuiſibilibus,nec talis eſt ſenſibile cõe, nec talis,ut ſic habet eẽ ſenſibile,ſed habet eſſe in abſtractione ɔſiſtens.unde luciđiſſimus Them̃.in.4.phy.in expoſitione tex.102.expſſe dicit numerũ quẽdã eſſe quãtitatẽ diſcretã,& aliũ eſſe quantitatẽ ɔtinuã, ut eſt tripedaneũ telum,& uult numerũ poſitũ in diffinitione tpis eſſe ɔtinuũ non diſcretũ,qcqd dixerit ibi Cõmen.Itẽ alia eſt differẽtia,qa partes numeri mathematici diuidũt numerũ,ſed nõ cõtinuãt nec ɔtinuare poſſunt,ſed partes numeri ſenſibilis diuidũt numerũ ſenſibilẽ,& poſſunt ipſum cõtinuare,qa ex decẽ lineis põt fieri una linea ɔtinua,ſed ex decẽ unitatibus indiuiſibilibus non põt fieri unus numerus ꝙ ſit quãtitas una cõtinua.Iterũ eſt alia differentia,qa numerus mathematicus cõſtat ex unitatibus,quæ unitates ſunt ĩdiuiſibiles,& per ɔſequens talis unitas.d.formalr̃ indiuiſionẽ in quãtitate,& eſt priuatio,ſed unitas numeri ſenſibilis eſt unitas diuiſibilis,etenim pars ɔtinui ɔtinuũ eſt,& cõtinuũ.d.aliquã formã poſitiuã,quia ɔtinuũ eſt cuius partes copulãtur ad aliquẽ cõem terminũ,dico tũc ꝙ recte Cõmen.dicit in cõmẽto iſto,ꝙ compħẽſio numeri & multitudinis,ubi credo *ly et*/teneri expoſitiue,qa multitudo rectius dicitur q̃ numerus iſte qui eſt ſenſibile cõe compħendiť per priuationẽ cõtinui qđ eſt magnitudo,quia ſenſibile qđ offertur ſenſui ſemp eſt aliquod continuũ/& aliqđ ſenſibile/& corpus.¶ Et nota ꝙ numerus qui ex unitatibus cõſtat ĩdiuiſibilibus numerũ habet.i.binariũ,ſed numerus qui componiť ex rebus & nõ ex unitatibus abſolute,utpote ex lineis,equis,bobus.Nã dicimus tres lineas decẽ equos,talia enim numeros dicere ſolemus,ſed in talibus ſi de multitudine q̃ras:eſt ĩuenire minimũ,ut minima multitudo linearũ ſunt duę lineæ:ſi de magnitudine uera,nõ eſt minimũ,qa q̃libet talis res ɔtinue in ĩfinitum ſecari põt.Them̃.4.phy.108.nullũ enim ĩdiuiſibile eſt per ſe obiectũ ſenſus,& ideo unitas illa ĩdiuiſibilis q̃ eſt principiũ numeri mathematici,& numerus ex illis reſultãs non eſt res extra aĩam in actu,& per ɔſequẽs talis non põt mouere ſenſum in actu,qa ſemper exiſtimabiť aliqua ſpẽs mouens.3.phy.tex.cõ.17.Et ꝙ hoc ſit uerũ oſtendiť authoritate Ariſto.in.4.phy. in tex.cõ.130.ubi dicit,ꝙ nihil aliud eſt aptũ numerare niſi aĩa,aut aĩæ intellectus,ubi Cõmen.dicit,ꝙ eẽ numeri eſt in aĩa in actu & extra aĩam in potẽtia ꝓpter ſubiectũ eius ꝓpriũ, ubi recte diximus nos ꝙ numerus mathematicus & naturalis ſunt unũ ſubiecto,& duo ſcđm rõnẽ.Pro quo aĩaduerte ꝙ facta diuiſione ɔtinui in plures partes,quarũ q̃libet eſt una in ſe,aĩa abſtrahit à qualibet iſtarũ partiũ unitatẽ indiuiſibilẽ,& ex illis indiuiſibilibus unitatibus cõponit numerũ qui eſt quãtitas diſcreta,& iſta unitas ĩdiuiſibilis & forma numeri mathematici in actu non eſt in abſtractiõe aĩæ.Et ideo dicit Auer.in trac.3.in paraphraſi metaphy.ꝙ niſi eẽt aĩa nõ eẽt unitas,neq; numerus in actu,nec ex hoc ſequiť ut ſcĩa mathematica nõ ſit ſcĩa realis,qa ex hoc ꝙ eſt de entibus abſtractis per ĩtellectũ nõ ſequiť ut ſit de ſecũdis intellectis,nõ enĩ omne ꝙ ĩtellectus ĩtelligit per abſtractionẽ eſt ex ſecũdis intellectis,quia tũc oĩs ſcĩa illo mõ eſſet de ſecũdis ĩtellectis,quia eſt de realibus,& talia nõ hñt eſſe niſi in ĩtellectu,unde conceptus primo abſtractus à re eſt ex primis ĩtellectis,& de illis eſt ſcĩa realis,ſed ɔceptus cauſati ex aĩæ cõparatione obiecti cõgrui ſunt de ſecũdis ĩtellectis,& de talibus ſunt ſcĩæ rõnales,mõ conceptus entium mathematicorũ ſunt ex primo ordine.¶ Pũcta etiã & momẽta ꝙ nõ dicant formam poſitiuam extra animam,habeť ex.3.de anima.tex.cõmen.25.ubi Pħs dicit/ꝙ cognoſcuntur ut priuationes.ſ.puncta per priuationem continui,& ita de momentis,quia nullam habent formam cui intellectus poſſit incumbere, ut notat Themiſt.3.de aĩa.cap̃.44.Et ideo uideť mihi ꝙ numerus ſenſibilis ex diuiſione ɔtinui cauſatus extra animam,nihil aliud eſt niſi unitates ſuæ,ex quibus conſtat ut numerus decem equorũ realiter nihil eſt in actu niſi decem equi,& ſenſus cognoſcit iſtum numerum negatione continui inquãtum apprehendit iſtos decem equos in diuerſis ſitibus & locis exiſtentes,& non in uno ſitu cõtinuo,nec ut ſunt una ſuperficie continua terminati,ut in exẽplo clariori de aqua exiſtẽte in uno uaſe,apprehendit eam ut eſt unum continuum in uno ſitu & loco,ſed ſi diuidatur in decem uaſa apprehendet numerum iſtarum decem aquarũ per negationem continui inquantum apprehendit illas in diuerſitate continuationis,quam prius habuerunt,quã etiam poſſunt recipere ſi iterũ unirentur.De inſtanti eſſe indiuiſibili ꝙ non habet eſſe extra animam,niſi in potentia tãtum, ſed in actu ſit in ſola mẽte & cognitione,uide.4.phyſi.tex.cõmen.121.& ibi uide clare Themi. & Auer. de hoc idem etiã habetur ibidem.cõmẽ.105.&.106.Et uide etiam Them̃.in.6.phyſi.in expoſitione tex.73.ubi dicit mobile ſortiri ęquale ſpatium ſibi,dũ mouetur momẽto & poteſtate,ſecundũ fictionem noſtram,& nõ ſcđm actum.Cõmenta.etiam.2.de anima.146.inſtãs per ſe ꝙ eſt indiuiſibile,eſt illud quod comprẽditur per rationem intrinſecam,non illud in quo dicitur,quia tale

eſt per accidens eo ꝙ eſt diuiſibile. Cōmenta. etiam. 2. cœli. cōmē. 14. d. ꝙ punctus indiuiſibilis & non exiſtēs in moto qđ mutat locum ſcđm materiam nō mouetur, neqꝫ per ſe, neqꝫ per accidens, & ibidē. d. ꝙ quies polorum eſt ſcđm geometricam imaginationem, & eſt tranſumptiua & nō uera. idem. 4. phyſi. cōmen. 118 Et ſic cōphenſio numeri & multitudinis, ut dicit Cōmen. eſt per apphenſionem priuationis cōtinui qđ eſt magnitudo, quia non apphendit plura, ut ſunt unum continuum inter ſe, ſed ut ſunt priuata tali continuatione quā ſunt apta recipere in eo ꝙ magnitudines ſunt, & per hoc patet ad obiecta ꝙ numerus pdicamentalis qui eſt quātitas diſcreta reſultans ex uno qđ eſt principiū eius, dicit unam formam in actu, qa ſex eſt ſemel ſex nō bis tria, neqꝫ ter duo. 5. meta. tex. cōmen. 19. ſed illa eſt in eſſe abſtractionis apud intellectum, ſed numerus ſenſibilis eſt ſubtū numeri mathematici extra nūerū exiſtēs, & cauſat ex diuiſiōe ɔtinui, & ex unitatibus diuiſibilibus, & i re nō corrñdet ſibi extra aīam i actu, niſi ſuę unitates, qa oē exñs extra aīam eſt unū i actu, & nō pōt unū accñs numero realr̄ exiſtere in diuerſis ſubtis in maxīa diſtantia exiſtētibus, ut ſi unus hō ſit in oriente, & alter in occidente, iſte numerus binarius non dicit unū accidens numero realiter extra animam in actu exiſtens in iſtis duobus in tam magna diſtantia exiſtentibus, ſed extra animam, iſte binarius non habet eſſe niſi in potentia, pro quanto anima à quolibet iſtorum duorum poteſt abſtrahere unitatem indiuiſibilem in actu, & ex illis elicere in actu, & componere binarium in actu. Et hoc eſt dictum Auer. dum dicit, ꝙ eē numeri extra mētem eſt in potētia propter ſubiectum eius, & iſto modo frater mi intelligas de motu ꝙ ſi conſideret motus ut cauſatur à mutato per ſui fluxum ſic eſt imaginatio mathematica, ſed ſi conſideretur ut motus cauſatur à mobili per ſui fluxū ab uno loco ad aliū, ſic eſt ens ſenſibile. Vnde Cōm. 3. phy. cōmen. 60. dicit, ꝙ iſtę propoſitiones punctus motus facit lineam & linea ſuperficiem, & ſuperficies corpus, ſunt propoſitiones geometricæ opinabiles, & nō habent eſſe extra animam.

¶ Diſtingue igitur conſiderationes iſtas, ut ſunt ſenſibilia naturalia à ſeipſis, ut ſunt in abſtractione mathematica exiſtentia. quia eſt magna diuerſitas, quia motus ut cauſatur ab idiuiſibili mutato non eſt ſenſibile, neqꝫ pprium, neqꝫ cōe, ſicut numerus ut cauſatur ab unitate indiuiſibili, neqꝫ pprium, neqꝫ cōmune ſenſibile eſt, ſed mathematicum, ſed motus ut eſt in mobili corporeo & magnitudine, ſic eſt ſenſibile cōmune, & ſic continuum ut cauſatur à puncto nō eſt ſenſibile, neqꝫ pprium, neqꝫ cōmune, ſed ut eſt compoſitum ex continuis partibus, & iunctum propriis ſenſibilibus, & ſentitur motu & propriis. i. mediantibus ſenſibilibus propriis, ſic eſt ſenſibile cōmune. Vñ Cōmen. 4. phy. cō. 102. dicit, ꝙ motus habet duplices partes, quædā ſunt ſimul, & ſunt illæ quas habet ex diuiſione mobilis, & ſic cauſat ſpeciem repſentatiuam ſui, habet alias ex fluxu imaginario mutati ſcđm prius & poſterius, & ſic motus non eſt congregatus, & mens facit ipm, ut dicit Cōmen. 4. phyſi. cō. 104. & ut ſic quo ad iſtas partes menſurať à tēpore, nam tēpus ſit ab aīa, ut dicit Alex. ut recitat Cōmen. & Them. 3. de aīa in expōne tex. ſed licet ego non teneā hoc oībus modis, ſed in actu, nam extra animam tempus habet eſſe propter ſubiectum eius, ut dicit Cōmenta. 4. phyſi. cōmen. 131. Et ideo motus bene poteſt regenerare ſpeciem ſui quo ad primas partes ſecūdum quas eſt per ſe ſenſibilis, & à naturali conſideratur, ſed quo ad partes illas ſucceſſiuas ex fluxu ipſius mutati cauſatum eſt ens imaginarium, & à mathematico conſideratur, & ſic eſt de tempore ut cauſatur ex fluxu inſtantis, ut dixi in tractatu de tempore, quia tempus quodāmodo eſt mathematicæ conſiderationis, & quodāmodo naturalis. Vide igitur & cōſidera quia ad hoc pauci admodum peruenire potuerunt, quomodo autem omnia ſenſibilia cōmunia motu ſumuntur ſatis dixi in contradictionibus in pſenti cōmento. 133. ſecundi de anima, & ibi uide.

Numerus non habet eſſe niſi in primo numerorum. ſ. in dualitate, deinde in aliis ſpeciebus numerorum, & dualitas eſt prima forma formarum numerorum. 3. metaphy. cōmen. 11. uide. 12. metaphyſi. tex. cōmen. 2.

Numerus eſt coaceruatio unitatum. 3. metaphyſi. tex. cōmen. 16. ita dicit etiam Boetius in prīc. ſuę arithmeticæ. cap. 3. numerus eſt unitatū collectio, uel quantitatis aceruus ex unitatibus pfuſus.

Numeri inquantum numerus ſunt propriæ paſſiones, ut imparitas & paritas, cōmenſuratio, æqlitas, excedentia, & defectus. 4. metaphyſi. tex. cōmen. 5.

Numerorum compoſitorum quidam aſſimilantur ſuperficiei circulari, & quidam corporali. 5. metaphyſi. tex. cōmen. 19. ubi dicitur etiam ꝙ talia, aut ſunt qlitates in quantitatibus, aut ſunt quantitates multiplicatę per qualitates.

Numerus non habet actionem neqꝫ paſſionem. 5. metaphy. tex. cōmen. 20. ubi Cōmenta. elicit hoc ex tex. nam Ariſto. ibi poſtquā declarauit primum modum relatiuorum quæ referuntur p mo-

dum unius & numeri,tranſit ad ſcd̃m qui eſt eorum quæ dicuntur ſcd̃m actionem & paſſionẽ, & talia ſunt quæ dicuntur ſcd̃m potentiam actiuam & paſſiuam,& Ariſto.ibi in tex.dicit. quòd eorum quæ ſunt ſcd̃m numerum non ſunt actiones,uide etiam pro hoc.4.phyſico. cõmen. 84. ubi dicitur,ꝙ quantitas non eſt de principiis actiuis.i.alteratiuis.¶ Ex quo patet error medicorũ rudium facientium differentiam in adminiſtrãdo pillulas in numero pari,uel in numero impa-ri,ac ſi numerus eſſet de principiis actiuis.Nota tamen ꝙ hoc habet locum de actione corrupti-ua,quia ſenſibilia cõmunia agunt per ſe in ſenſum imprimendo propriam ſpeciem,ut tenet The-miſtius in.2.de anima.& Cõmenta.com̃.133.

Contra rudes Medicos.

Numerus eſt immaterialior quãtitate continua,& uide cauſam tracta.3.in paraphraſi metaphyſi. col.7.ibi,& dicamus unum materiale/ubi exp̃ſſe ponit cauſam eſſe,quia unum quod eſt princi-pium numeri,& numerus ipſe dependet ex operatione animæ,quia ſi anima non eſſet/non eẽt neq; entitas numeralis,neq; numerus:ſecus eſt de linea,& huius contrarium tenuit Auicen. & nota hoc.

Numerus reſpectuum qui demonſtrãtur per hoc uerbum/habere/eſt ſcd̃m numerum reſpectuũ qui demonſtrantur per hanc præpoſitionem/in/ſed differunt,quia hoc uerbum/habere/ dignius dicitur de reſpectu continentis ad contentum/& poſſidentis ad poſſeſſum,ſed iſta p̃poſitio/in/ dignius dicitur de reſpectu contenti ad continens.5.metaphy.28.cõmen.

Numerus non dicitur totus ſed omnis.5.metaphy.tex.cõmen.31.

Numerus non remanet idem parte ſublata.5.meta.tex.cõmen.32.

Numerus quomodo poteſt eſſe ſpecies multitudinis,& fuit dubium Auicen.uide ſolutionem ab Auer.in trac.3.meta.col.8.ibi,Obiicit tamen Auicẽna.

Numerum nõnulli arbitrati ſunt eſſe ſubſtantiam.7.metaphy.tex.cõmen.5.uide etiam primo me taphy.tex.cõmen.3.uide etiam.1.metaphyſi.tex.cõmen.35.

Numerus eſt compoſitio unitatum ut dicitur à quibuſdam.7.metaphy.tex.cõ.49.

Numerus omnis uno cognoſcitur.10.metaphy.tex.com̃.2.

Numeri principium ſcd̃m quòd numerus,unum eſt.ibidem.

Numerus eſt pluralitas unitatum.10.metaphy.tex.com̃.4.

Numerus menſuratur per unitates ſecundum quòd eſt compoſitus ex unitatibus non ſecũdum quòd eſt numerus, quia numerus inquantum numerus menſuratur per numerum.10. meta. tex.cõmen.4.ratio eſt quia menſura ſemper eſt unigenea menſurato.

Numerus & unum opponuntur aliqualiter,non ut contraria,ſed ut ad aliquid,inquantum enim hoc metrum eſt,illud uero menſurabile,ſic opponunt̃.10.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.21. ubi collige aliqua abſoluta poſſe induere reſpectum aliquem ſecundum quòd relatiue opponũtur, ſicut in ſimili notaui tibi alias de materia & forma.

Numerabile eſt numerus aut numerum habens.11.primæ philoſophiæ.cap̃.9.in.3.phyſi.

Numeros inquiũt eſſe ideas aſſerentes,& de numeris quãdoq; ſicut de infinitis quandoq;, uſq; ad denarium determinatis loquũtur.12.meta.tex.cõmen.42.

Numerus ſubarũ mouentiũ eſt ẽm numerũ motuũ.12.primę philoſophię.tex.cõ.43.&.cõ.48.

Numerus ternarius perfectus eſt/primo cœli.tex.cõmen.3.

Numerũ motuum Phi ſumũt ꝓ conſtanti,ſed Aſtrologi ſunt diuerſi in hoc,ſed quomõcũq; ſit me lius eſt ſcire opiniones hominũ in hoc q̃ nihil.12.metaphyſi.cõmen.45.

Numerus orbium deferentium & reuoluentium,aut ſunt quinquagintaquinque/aut quadragin-taſeptem.12.metaphyſicę.tex.cõmen.47.

Numerus motuũ,in quo cõueniũt moderni Aſtrologi,in orbibus reqrat̃.12.meta.com̃.48.

Numero quæcũq; multa ſunt multam materiã habent.12.meta.tex.cõmen.49.

Numerus manere poteſt abſq; eo ꝙ numeret,ut ſenſile ſine eo ꝙ ſentit,ut Boetius putat,ſed fallit̃ quia ea quæ referũtur ad aliqd ſimul habent̃, & q̃ poteſtate ſunt,ad res eiuſdẽ habitus referũtur. Themiſt.4.phyſi.130.Vide in concordantiis nuper editis.

Numerus eſt principium omnium ſenſibilium/& intelligibilium ſecundum Platonem.3.phyſi.25. & Themiſtius ibidem expreſſe.

Numerus non facit ɔtinuũ,nec ut ſpecies,nec ut mouẽs.12.meta.tex.com̃.ultimi.

Numerus infinitus nõ eſt par neq; impar,quia eẽ eius eſt in potẽtia, & id cuius eẽ eſt in potẽtia,de natura priuati reputari põt.Ex libro deſtruc.diſpu.prima/in ſolõne ſexti dubii.

Numerus alius diſcretus,alius cõtinuus.4.phy.tex.cõ.ulti.& Themi.4.phy.ſup tex.102.exp̃ſſe.

Numerus qui eſt in prædicaméto quãtitatis,non eſt illemet numerus,qui reperitur in unoquoq; genere.Auer.tracta.3.in paraphraſi metaphyſi.in principio.7.col.
Numerus generaẽ per hũc modũ,nam quãdo intellectus denudat ab iſtis pticularibus iſtã rem indiuiſibilem in duo particularia,uel plura:illud erit illud unũ qd eſt principiũ numeri. Et quãdo iterat ipm cogitans ipſe generatur numerus, ex primo tracta. meta.in paraphraſi cap.de uno/ubi uide diligenter rationes Auicẽnæ de uno opinãtis ꝙ unũ quod eſt principiũ numeri ſit cõuertibile cum ente.Et cauſa erroris fuit,ut dicit Cõmen.quia ipſe admiſcuit accidentia inſequẽtia rem ſcd̃m intellectũ cum accidẽtibus inſequẽtibus ipſam ẽm eẽ, & putauit unũ dici uniuoce de oibus decem p̃dicamentis,& non ẽm prius & poſterius,& ꝙ eſt unũ numerale id.ſ.quod eſt ſynonymũ enti,ubi collige Auic.poſuiſſe entis & unius unionẽ,quã ſecutus eſt Scotus.
Numerus duplex numerans & numeratus.4.phyſi.tex.cõmem.102.&.110.
Numerus motus eſt duplex,alius eſt partium motus ẽm ꝙ ſunt inſimul, alius eſt partium motus ſcd̃m ꝙ in eis inuenitur prius & poſterius.4.phyſi.102.
Numero differẽtiũ unũ accñs numero ĩpoſẽ eſt eſſe,impoſẽ eni eſt ut una res numero inſit plibus, alioquin unũ dehiſceret in plura.Themi.4.phy.in digreſſione ſuper.132.cõtra Herueũ q uult numerum eſſe formã abſolutã unam numero in diuerſis rebus numeratis ſubiectiue.
Numerus par ſcd̃m Pythagoricos eſt principiũ infinitudinis.3.phyſi.tex.com̃.26.
Nutritio primo attribuiẽ mẽbris cõſimilibus,ut eſt declaratũ in naturali ph̃ia,& fit p modũ mixtionis & mediãte calore naturali q non eſt primus motor,ſed eſt aĩa nutritiua,ppterea,quia opatiões caloris nõ ſunt determinatę nec ordinatę ad unũ finẽ manifeſtũ.5.colliget.cap.3.
Nutrimentum in aĩalibus, quę ſunt apta dormire, cũ aduenit corpori,aſcendet ex eo uapor ad caput & cor,& grauabũtur inſtrumenta motus & dormiet,& quãdo fuerit digeſtũ, alleuiabũtur inſtrumenta motus & expergeſiet.8.phy.tex.cõ.51.De cauſis etiam ſomni & uigiliæ inquire in libro de ſomno & uigilia.Notabiliter aũt dixit in aĩalibus habentibus aptitudinẽ ad dormiendũ, quia dubium eſt de quodã genere piſciũ,ut notauit Alex.in cõmen.ſuper libro de ſenſu & ſenſato, & uideẽ eſſe ſententia Ariſto.in libris de hiſtoriis animalium.
Nutritiue uirtuti mẽbra deſeruientia ſunt os,iſophagus,ſtomachus,epar, chiſtis fellis,ſplen,renes, & ueſica.3.colliget.cap.16.
Nutrimentũ per qd̃ fit augumentũ quodãmõ eſt ſimile,& quodãmõ ↄtrariũ.8.phy.tex.cõ.55.&.1. de generatione & corrup.tex.com̃.39.&.2.de aĩa.tex.com̃.45.&.1.cœli.tex.cõmen.21.
Nutrimentum debet eſſe homœogeneũ cum nutriendo,& ęq̃le in ſpecie,uidelicet ultimum nutrimentum.primo cœli tex.cõmen.21.idem.2.de anima.tex.com̃.45.
Nutriendũ ſi non fuerit p̃paratũ corruptioni,augeẽ per nutrimẽtũ adueniens,ſi uero fuerit p̃paratum,corruptioni diminuiẽ per ipſa elemẽta donec reſoluaẽ in materiam,uel materias,ex q̃bus eſt compoſitũ.Cõmen.1.cœli.cõ.21.uult dicere ꝙ illud qd̃ nutritur,ſi eſt ĩ ſtatu pfectus, augeẽ:ſi in ſtatu declinationis & defectus,tũc diminuiẽ,iuxta Ariſt.ſnĩam in.2.de generatione & corrup.tex. cõmen.57.ponentis ſtatũ generationis & pfectus eſſe ęqualẽ ſtatui corruptionis & defectus.
Nutrimentum augmentationi idem eſt quidem, eſſe uero alterum eſt. primo de generatione.tex. cõmen.41.idem.2.de anima.tex.cõmen.47.
Nutriuntur omnia ex eiſdẽ,ex quibus ſunt.2.de generatione.tex com̃.50.
Nutritiuum poteſt eſſe ſine ſenſitiuo.2.de anima.tex.cõmen.15.& tex.com̃.31.
Nutricibus non cõpetũt uina neq; pueris, differt enim nihil forſan ipſos bibere uel nutrices.Ariſt. in libro de ſomno & uigilia.Et ideo Auic.dixit,ꝙ curã infantis eſt curã lactis, quod nota in actu practico diligenter,inde puenit ꝙ degenerant frequẽter filii & p̃ſertim nobilium.
Nutrimentũ eſt duplex indigeſtũ,& tale eſt ↄtrariũ & digeſtũ,& hoc eſt ſimile.2.de aĩa.tex.cõ.45.
Nutritionis organa ſunt triplicia.Galenus.5.de utili.particũ.cap.14.
Nutritio fit p digeſtionẽ & cõmotionẽ in aĩalibus & plãtis mediante calore naturali, licet exiſtimeẽ ꝙ plantę attrahãt nutrimentũ à terra,& ibi digeraẽ.Cõmen.in.2.de ptibus aĩalium.cap.de carne.
Nutrimenti inſtrumentũ non eſt de ratione,ut ſit inſtrumentũ motus,quia eſt magis conueniens, ut ſit inſtrumentum quietis.2.colliget.cap.18.
Nutrimẽti materia & materia eſſentiæ nõ differũt,niſi qa nutrimentũ eſt eẽntia in pte,& generatio eſt eẽntia in toto,& materia totius & partis eadẽ eſt.2.colliget.cap.10.idem.2.de aĩa.tex.cõ.47.
Nutritiua uirtus in aĩalibus nõ eſt data niſi pp ſenſum & uirtutẽ ſenſibilẽ.2.colliget.cap.11.
Nutritiua uirtus,eſt de uirtutibus actiuis.2.de anima.c.52.

Nutritiuæ uirtutis operatio fortior eſt dum homo dormit, & partes extrinſecę tunc ſunt frigidæ, quia calor reuocatur ad cor,& partes intrinſecas.2.colliget.cap̄.11.

Nutritiuæ uirtutis operatio & ſenſitiuæ non ꝑficiuntur eodẽ calore,& hoc apparet in dormiente oculis apertis,ille enim nutritur,ſed non uidet.2.colliget.cap̄.11.

Nutriri cõpoſitũ ex ſimplici impoſſ̃e eſt,qa tunc aĩal poſſet ɔſtare uno elẽto.2.colliget.cap̄.19.

¶De litera O.

OBIECTIO demõſtratiua requirit duas cõtradictiones, unam per quam opponimus p̄miſſis,aliam ꝑ quã opponimus ɔcluſioni. Auer. in primo de generatione aĩalium.cap̄.1.ubi ponitur improbatio antiquorũ aſſerentiũ,ſemen ex oĩbus partibus corporis prouenire.

Obiectum uirtutis nutritiuę,augumẽtatiuę,& generatiuę, idẽ eſt.2.de anima.42.&.1.de generatione & corrup.tex.cõmẽ.39.&.41.

Obliquum,neqꝫ ſui,neqꝫ recti iudex eſt.1.de aĩa.tex.cõ.85.

Obteſis eſt digeſtio à caliditate ſicca,& aliena.4.meteo.tex.com̃.28.

Obſtetricis diligentia & cura,requirat̃ in.7.de natura aĩaliũ.cap̄.10.

Oculus eſt inſtrumentũ uirtutis uiſibilis, & in eo dominat̃ elemẽtum aquę.Ex libro de ſenſu & ſenſato.

Oculus obſcuratur in locis ubi eſt multa nix, aut multa aqua, & ideo apparent ripę maris turbidę paucę lucis,& ſimiliter loca niuis.ibidem.

Oculi animaliũ quadrupedũ & uolatilium,& natatiliũ in principio maximi uiſunt̃,poſtremi uero omnium perficiũtur.Ex.2.de generatione aĩalium.cap̄.4.uerſus finẽ,& ibi uide cauſam.

Oculorum ſedes maxime ſeminalis eſt oĩum locorũ capitis,quod patet,cũ ſola ipſa per coitũ uenereum manifeſte ĩmutetur.Ariſto.in.2.de generatione aĩalium.cap̄.5.in fine.

Oculus ſignificat forti ſignificatione ſuper cõplexione cerebri.4.colliget.cap̄.3.

Oculos nouellarũ hirundinũ ſi quis p̄pungat,rurſum incolumes reddent̃,cũ enim fiunt non facti iam corrũpuntur,itaq; denuo oriũtur ac pullulãt.Ariſt.in.4.de generatione aĩalium.cap̄.6.idem dicit cõuenire oculis ſerpentũ.in.2.de natura animalium.cap̄.ultimo.

Oculorum,alii ceſii,alii flauidi,alii caprini, alii nigri, & uide cauſam iſtius diſcriminis in.5.de generatione animalium.cap.primo.

Oculorum ęgritudines ſunt glaucoma & luſcioſitas.ibidem.

Oculi cæterorum animalium in unoquoqꝫ genere,unicolores ſunt, ſed hominis diuerſicolores & equi inter beſtias.ibidem.

Oculorum ceſietas & canicies,ſunt duę affectiões ɔſequẽtes cruditatẽ humoris,& paucam eius cõcoctionem.Ariſt.in.5.de generatiõe aĩaliũ.cap̄.1.& Auer.ibidẽ.cap̄.de uarietate coloris oculorũ. ¶Ex hoc patet error illorũ,qui aſſerũt ab Homero Palladẽ Glaucopin appellatã, ea rõne ꝙ oculus glaucus ſit uiſu pollẽs,cum glaucedo ſeu ceſietas oculorũ inſequat̃ cruditatẽ,& per ɔſequens non confert ad p̄ſtãtiã uiſus,ĩmo uerius puto illam ſic appellatã,quia haberet oculos noctuę,quę apud Græcos glaux appellatur. Noctua enim Palladi dicata eſt,tale enim animal noctu uenatur & uigilat.Vnde monetę Athenienſium,noctuæ ſignabantur:qa Mineruæ auis eſt,iuuat enim Mineruam,nocturnis impalleſcere chartis.

Oculi humor ille,quo uidemus,pupilla eſt.primo de natura animalium.cap̄.9.

Oculi partes.ibidem require.

Oculi album,in ęgritudinibus acutis ſi rubeum fuerit, & ipſius uenę nigræ, aut obſcuræ fuerint, ſignum mortis eſt proculdubio.4.colliget.cap.43.

Oculi partiũ iuuamẽta aſſignata à Galeno,ꝓ maiori ꝑte ſunt arbitratiua, & ſine dubio quodlibet ipſorum habet iuuamentũ ꝓprium in ſe & pars dominãs in eo,& ſuus finis nõ eſt,niſi ut colores imprimãtur in ipm̃.2.colliget.cap̄.15.de iuuamentis oculi & partium eius.

Oculos omnia aĩalia quæ animal generant habent præter talpam,quã modo quodam habere dixerim,cum tamen omnino habere negem,quippe cum omnino quidem non uideat, nec ꝑſpicuos habeat oculos.ex.1.de natura animalium.cap̄.9.

Oculi qui cõditi ſunt,clariſſime cernere in genere quoqꝫ brutorũ animaliũ poſſunt, modicus autẽ ſitus nota eſt morum optimorum.primo de natura.cap̄.10.

Oculi

Oculi qui mediocriter conniuẽt,notam morum laudabiliũ habent.ibidem.
Oculorum rotũditas eſt ſignum maximũ portẽdens lepram.4.colliget.cap̃.37.
Oculos habentia aĩalia,quædã humidos,q̃dam duros habẽt,& quædam palpebris utũtur,& quædam palpebris carent.Ex.2.de partibus animalium.cap̃.3.
Oceanum & Thetim antiquiores quidã pricipiũ generationis fecerũt.ex erratis primi meta.
Odor ſecundum opinionem Ariſto.non eſt corpus diſſolutum ab odorabili in aere.ſcd̃o de anima cõmen.76.& idem infra.cõmen.97.
Odorũ differẽtiæ nõ ſunt manifeſtæ,ſicut differẽtiæ ſaporũ.5.colliget.cap.28.&.2.de aĩa.cõ.92.
Odor & color habent duplex eſſe naturale,& extraneũ.2.de aĩa.com̃.76.&.97.
Odores quia nõ ſunt multũ manifeſti acceperũt nomina à ſaporibus.2.de aĩa.tex.com̃.95.
Odores medii cõponuntur ex extremis,ſicut ſapores & colores medii componũtur,ex ſaporibus & coloribus extremis.2.de anima.tex.com̃.95.&.105.
Odoratus inueniť fortior in multis aĩalibus q̃ in homine, ut in aquilis & apibus.3.colliget.cap̃.36.
Odor eſt ſicci ſicut ſapor humidi.2.de anima.tex.cõmen.100.
Odor eſt analogus ſapori.Alexander in paraphraſi de anima.in cap̃.de olfatu.
Odorem habentia,habẽt etiam ſaporẽ,& inſipida odore carẽt,ut lapides,idem Alexan.ibidem.
Odoratus ſenſus fit per medium aerem,& reperitur etiam in animalibus carentibus ſanguine,ut in apibus & formicis.3.colliget.cap̃.36.
Odoratus ſenſus attribuiť igni,uiſus aquæ,auditus aeri,& uide cãm.3.colliget.cap̃.36.
Odoratus fit in primo pari neruorũ quod exit à cerebro in oppoſito duarũ carũcularũ ſimilium capitibus mãmillarum.Auer.primo colliget.cap̃.de anatomia neruorum.
Odoratus inſtrumẽtũ eſt naſus,& in aĩalibus olfacientibus fit ꝑ attractionẽ,& in non olfacientibus ſine attractiõe,ut in apibus.2.colliget.cap̃.17.de iuuamẽto inſtrumẽti olfactus. olfactus ſenſus ſm Ariſto.fit in duobus meatibus qui ſunt in naſo,& ſm Gale.fit in duabus carũculis ſimilibus capitibus mãmillarũ.2.colliget.cap̃.17.De iuuamentis inſtrumenti odoratus.Vide etiam ꝓ hoc Auer. in.3.colliget.ca.38.de ſenſu uiſus & accidẽtibus ei, ubi narrat quomõ fiat uiſio,& ĩquit. Et ſcias ꝙ ſenſus uiſus recipit formas rerũ ĩ hũc modũ,quia aer mediãte lumine recipit formas rerũ primo & poſtea mouet ad tunicã inferiorẽ, & illa dat aliis,quouſq; hic motus ꝑueniat ad poſtremã,poſt quã ſtat ſenſus cõis qui app̃hendit formas rerũ,& uide q̃ ſequũtur. Alexander etiã in paraphraſi. cap̃.de impulſu dicit.ꝙ uidere ad uiſum audire ad auditũ, & reliqua id genus ad proprium ſenſum ſpectant, ſentire tamẽ in cõi ad ſenſum cõem perinde quaſi ſenſus omnis ab eodẽ quidẽ fiat, ſed per aliud atq; aliud.intellige ultimate iſta uerba Alexã. Veritas tamẽ eſt ꝙ ſenſus particulares ſunt diſtincti à ſenſu cõi,ſed habẽt colligantiã cum eo.Ariſt.enim in.2.de aĩa/tex.com̃.144 uult ꝙ unuſq́ſq; ſenſus eſt reſpectu ꝓprii ſubiecti ſenſibilis & ẽ ĩ ſenſorio ꝓprio,unde iſti ſenſus quinq; habẽt propria organa,quorũ origo eſt cor à quo dependẽt. Vnde Ariſto.in libro de ſenſu & ſenſato,& in.2.de ꝑtibus aĩalium.cap.10. exp̃ſſe dicit tactum & guſtũ à corde manifeſte dependere,& uult uiſum & auditũ eẽ in capite,& olfactũ mediũ tenere,& reddit ibi cãm, & nota, ut inq̃t Com̃. 2.de aĩa.com̃.140.ſenſibilia mouẽt tm̃,ſenſus mouent & mouẽtur.primũ ſentiens eſt motũ tm̃.i. ſenſus cõis, & quia poſt motionẽ q̃ eſt receptio in ſenſu cõi ſequiť iudicium quod atteſtať actui, receptio uero potẽtię.2.de aĩa.cõmẽ.149.inde prouenit,ꝙ ut ſenſus cõis eſt iudex,ſic habet motũ formæ & principalis agentis,& ſenſus exteriores,ut ſic habẽt rationẽ inſtrumẽti,& ſic operatio denotat agens,& non aſcribiť inſtrumẽto,& illo modo intelligũtur authoritates Themiſtii & Auer. & ſic primus ordo ſpiritualitatis incipit in ſenſu cõi,quia in ſenſibus exterioribus eſt ueluti in uia quæ ordinatur ad terminũ,& ut ſic uia non differt à termino uiæ,ſicut imꝑfectũ à perfecto,& q̃a unũquodq; à fine unũquodq; denoĩare fas eſt,ideo primus gradus ſpũalitatis formæ eſt eẽ quod habet forma in ſenſu cõi,tamẽ ex hoc nõ ſeq̃tur,q̃a iſta forma in ſenſu ꝓprio habeat eẽ ſpirituale, unde Cõmẽ.in.2.de aĩa/& Ariſt.dicũt ꝙ nec caro eſt ultimũ ſenſoriũ tactus,nec ut ampliat Cõmẽ. ibidem.com̃.146.pupilla in uiſu,nec lingua in guſtu,& ſic de aliis,quia ultimũ ſenſoriũ eſt,ubi eſt ſenſus cõis,& hoc eſt cor,tamẽ ſenſus iſti ꝓprii habent ꝓpria inſtrumẽta & oꝑationes actus colligatos,tamẽ modo p̃dicto,& hoc etiam dicit Ariſt.in libro de ſomno & uigilia,ꝙ ſenſus uiſus quiſq; habet aliquid ꝓprium,ut uiſus uidere,& auditus audire,& ſic de aliis,oẽs tamẽ habẽt uirtutem cõmunẽ,nam nõ eſt uiſus per quẽ cernimus nos uidere,nec audit qui ſentit audire, & ideo actio ſenſus cõis eſt magis ſpiritualis q̃ ſenſitiua exteriorũ,& in plus quia poteſt in plura.
Odorem habens habet etiam ſaporem.Cõmen.in libro de ſenſu & ſenſato.

Odorabilium natura eſt fumoſa,& teſtatur hoc,quia multa quę non habent odorem,dum appropinquant igni, habebunt odorem.ibidem.

Odorabilium indiuidua ſunt notiora nobis,q̃ indiuidua ſaporũ.3.colliget.cap.36.

Odoratus ſenſus in animalibus q̃ odorãt ſine attractione,ut in apibus & formicis eſt clarior q̃ in illis,quæ odorãt per attractioné.ibidem,uide in cótraditionibus nuper editis.

Oleum ex uitellis ouorum eſt ſupremum iuuamentum in mitigando dolorem ſupra pinguedinem anſeris & gallinæ.

Oleum dulce & nouũ oliuę temperatũ eſt,& eſt conueniens homini ſcd̃m totam ſuam ſubſtãtiam, licet declinet partim ad caliditatem.5.colliget.cap.36.

Oleum eſt ex rebus in q̃bus dominatur humiditas & caliditas,eo ꝙ partes aereæ in eo ſunt manifeſtæ multum.& ſi aliquis q̃reret quomõ poteſt eſſe,ut ptes aereæ in eo dominent̃,cum uideamus ꝙ ingroſſat̃ & cõgelatur & inſpiſſat̃ à frigore, & dicit̃ ꝙ non congelãtur à frigore niſi res aquoſæ,debemus reſpondere ꝙ non congelatur propter frigiditaté, niſi ꝓpter cõuerſionem multam ſuarum partium ad aquam.5.colliget.cap.24.

Oleũ citiſſime iniectos odores ſuſcipit,ut in unguẽtis. Ariſt.in lib.de inſomniis.idẽ etiã patit̃ uinũ.

Oleum natat ſuper aquam,quia à prędominio eſt aereum.Cõmenta.in.4.meteororum,in ſumma prope finem,& etiam in tex.cõmen.40.

Oleum non elixabitur ipſum ſcd̃m ſeipſum.4.meteoro.tex.cõmen.27.

Oleum ab igne & tẽpore albeſcit & ingroſſat̃,albeſcit quidẽ euaporãte aqua ſiqua inerat,ingroſſat̃ autem quia marceſcente calido ex aere fit aqua.4.meteo.tex.cõmen.40.

Oleum eſt cõe aquæ & aeris,lignũ terræ & aeris,lac uero terræ & aq̃.4.meteo.tex.cõm.48.

Oleum,cera,& pix,magis cum aliis q̃ per ſe inflãmabilia ſunt.4.meteo.tex.cõmen.48.

Oleum non patit̃ epſeſim,neq; ingroſſatur,q̃a exhalabile eſt,ſed non uaporabile, aqua autẽ non eſt exhalabilis,ſed uaporabilis.4.meteororum.tex.cõmen.48.

Oleum oliuæ inſpiſſat̃ & congelat̃ à frigiditate,propterea quia ptes aereæ q̃ ſunt in ipſo conuertũtur ad aquã,& etiam oleũ inſpiſſat̃ à calore,quia reſoluũtur partes aqueę & remanent aereæ, cum terreſtribus in eo dominãtibus,unde uniuerſaliter oẽs res quę inſpiſſantur à calore & frigore eq̃liter ſunt aereæ,& aqueæ & earum partes ſunt conglutinatę ſimul.5.colliget.cap.26.

Olfactus eſt odorabilis & non odorabilis. Nõ odorabile aũt eſt triplex.2.de aĩa.tex.cõmẽ.96.aliud enim eſt nullum habẽs odorẽ,aliud prauũ,aliud uero paruum odorem.

Olfactibilia curãt ab ęgritudinibus capitis,quia caput eſt humidũ, & olfactibile in maiori parte eſt calidum & ſiccum. Auer.in fine libri de ſenſu & ſenſato.

Oliua quia eſt auara in fructificãdo,ideo ſeneſcit. Auer.in.3.de gene. aĩalium.cap.1.& habet̃ in tex. ꝙ arbores & plantæ,q̃ nimis fœtificãt,cito pereũt,ſicut & aĩalia,& datur ibi exẽplum de gallinis.

Olorum in more eſt in genere uolucrũ,ut alter alterũ deuoret.9.de natura aĩalium.cap.1.

Olores,aquilam,ſi pugnam ceperit,repugnantes uincũt,ipſi autem nunq̃ niſi ꝓuocati inferunt pugnam, canere etiam ſoliti ſunt, & præcipue iamiam morituri.9.de natura animalium.cap.12.Ad hoc alludens Ouidius in epiſtolis dixit.

Sic,ubi fata uocant, udis abiectus in herbis
Ad uada Meandri concinit albus olor.

Optimum ſemper aut proportionale quod primum.12.meta.tex.com.37.

Omœomera ſunt ueluti quæ metallãtur, ut ęs,aurum,argentum,ferrũ,ſtannũ,lapis,& alia huiuſmodi.In animalibus autẽ & plantis uelut neruus,caro,oſſa,pellis,uiſcera,pili,crines,uenæ,ex quibus conſtant anhomœomera,puta facies,manus,pes,& talia.In plantis autẽ lignũ,cortex,radix,folium,& quęcũq; talia.4.meteoro.tex.cõmen.48.

Oĩa p̃dicamẽta ſunt diuiſibilia,aut p ſe,aut p accñs,per ſe,ut q̃titas,per accñs, ut reliq̃.1.phy.cõ.13. Ex quo patet nullũ indiuiſibile & imateriale eſſe in p̃dicamẽto in uia Auer.uide in cõcordantiis.

Omne habens materiã eſt generabile & corruptibile. primo phyſi.cõmen.79.primo cœli. cõm.20. primo cap.&.3.de ſubſtantia orbis.primo phyſi.63.

Omne ens diligit ſe permanere,primo phyſi.tex.cõm.81 &.2.de anima.34.

Omne q̃d loquit̃ Ariſt.in lib.phy.eſt ꝓpter principiũ moués.1.phy.cõ.ulti.&.8.phy.cõm.1.

Omnis artifex debet conſiderare de accidentibus ſui ſubiecti.2.phyſi. tex.cõmen.17. & primo poſteriorum multotiens.

Omne propter quod eſt aliquid,cum illo eſt unius ſcientiæ.2.phy.tex.cõmen.23.

Omne in habẽtibus finẽ,& motũ ↄtinuũ,finis eſt ultimũ illius motus.2.phyſi.tex.com̃.23.
Omne quod eſt ante finem,eſt propter finem.2.phy.tex.cõmen.29.
Omnia quæ ſunt ante finem,ſunt propter finem.2.phyſi.tex.com̃.81.
Omnes antiqui ↄueniunt in hoc ꝙ ex nihilo nihil fit.Cõmen.in ꝓlogo.3.phy.& habeť primo phy. tex.cõmen.34.oẽs qui de natura locuti ſunt,in hoc conuenerũt ꝙ ex nihilo nihil fit.
Omne quod eſt/aut eſt principium/aut ex principio.3.phyſi.tex.cõmen.29.ubi Cõmentator omne ens/aut eſt cauſa/aut cauſatum.
Omne exiſtẽs in ſubto eſt minus exiſtẽs p ſe q̃ ſuũ ſubtũ.Cõmen.3.phy.cõ.36.& eſt etiã in tex.
Omne ſenſibile aptum natum eſt alicubi eſſe/tertio phyſi.tex.cõmen.48. Et uide Cõmentatorem in cõmen.quomodo ſit propoſitio iſta,& conſimiles ibi poſitę,intelligenda,uult enim ꝙ ſenſibile ſumatur ibi pro tangibili,
Omne quod eſt æquale alicui,eſt finitum.3.phyſi.cõmen.49.
Omne corpus ſimplex eſt finitum.ibidem.
Omnis res eſt una per ſuã formã.3.phy.cõmen.68.& primo de anima.cõmen.90.
Omne corpus eſt in loco per ſe/uel per accidẽs/uel ſm partes.4.phy.com̃.43.
Omne quod moueť naturaliter ad aliquid,eſt unigeneũ cum eo.4.phy.cõmen.48.
Omne excedens aliquid diuidiť in exceſſum,& in id quod exceditur.4.phy.tex.com̃.71.
Omne quod mouet aliud ꝑ actionẽ neceſſe eſt,ut moueatur ad illũ locum ad quẽ attrahit ipſum/ 4.phyſi.cõmen.79.uide.7.com̃.10.quomodo intelligatur.
Omnis quies eſt in tempore.4.phy.tex.cõmen.118.
Omne quod eſt in aliquo numero numerus excedit ipm ex duobus extremis.4.phy.tex.cõ.17.
Omne quod conſumitur à menſuratione finiti,eſt finitũ neceſſario.6.phy.com̃.20.
Omne prædicatum in quo inuenitur tranſmutatio/inuenitur in eo diuiſibilitas/uel per ſe/uel per accidens.6.phyſi.cõmen.34.&.37.
Omne quod mutatur,in tempore mutatur.6.phyſi.tex.cõmen..50.
Omne moueri præcedit mutatum eſſe.6.phyſi.tex.cõmen.52.
Omne mutatum ꝓcedit mutari.6.phy.tex.cõmen.55.& infra.
Omne quod factũ eſt neceſſe eſt fieri prius,& qđ fit factũ eſſe prius neceſſe eſt.6.phy.tex.cõmen.59.
Omne de quo uere dicitur ipſum eſſe motũ, aut quieſcens eſt illud quod innatũ eſt recipere motũ & quietem,& eſt in loco in quo inatum eſt recipere motum & quietẽ,& in diſpoſitione,ſecũdum quam innatum eſt recipere motum & quietem.6.phyſi.tex.cõmen.67.idem.4.phyſi.tex.cõmen. 118.&.5.phyſi.tex.cõmen.20.&.6.phyſi.30.
Omne quod eſt poſtq̃ nõ fuit,neceſſe eſt ipſum prius fuiſſe in potẽtia q̃ in actu.8.phy.tex.cõmẽ.4. idem.9.meta.tex.cõmẽ.13.&.3.de anima/tex.com̃.20.27.&.12.meta.tex.cõmen.32.
Omnia quieſcere & huius rationem quęrere dimittẽtes ſenſum infirmitas quædam eſt intellectus. 8.phyſi.tex.cõmen.22.
Omnis opinio cui contradicit ſenſus,eſt opinio bona.8.phyſi.tex.cõmen.26.
Omne quod mouetur à principio exiſtẽte in ipſo,mouetur naturaliter.8.phy.com̃.27.
Omne quod eſt in potentia aliquid,exibit aliquãdo in actum,& ſi non, tunc natura ageret ocioſe. Cõmen.8.phyſi.com̃.64.idem.1.cœli.cõmen.20.
Omnes leges ↄueniũt in hoc/ꝙ Deus habitat in cœlo.8.phy.com̃.84.& habeť in ꝓpria forma in primo de cœlo & mũdo/in tex.cõ.22.&.96.&.100.idem.2.cœli/tex.com̃.2.&.74.
Omnia entia/aut ſunt ſubſtantiæ/ aut accidentia/aut ſunt uia ad eſſe iſtorum, & uniuerſaliter ſunt tranſmutatio.primo cœli.cõmen.primo.Vide in Theorematibus.
Omne totũ & pfectũ non differũt ſm ſpẽm,ſed ſiqdem in materia & in his de qbus dicũtur.1.cœli/ tex.com̃.3.q̃ differẽtiã Auer.in cõ.ita declarat,nã ſi fuerit quãtitas cõtinua,tunc eſt totũ,in diſcreta eſt oẽ,in forma uero & quãtitate eſt perfectũ,idẽ habet in paraphraſi.1.cœli/in ſumma.2.
Omnia phyſica corpora ſunt mobilia ſm locum.primo cœli.tex.cõmen.5.
Omne in quo eſt poſſibilis additio eſt diminutum/primo cœli tex.12.idem ibidem.tex. cõmen.4. &.8.phyſi.tex.cõmen.75.
Omnes homines de Diis hñt exiſtimationẽ,& oẽs,qui ſurſum eſt/locũ Deo attribuũt,& Græci & Barbari quicũq; putant Deos/primo cœli.tex.cõmen.22.&.96.&.100.
Omnia à uim inferente longius facta tardius ferũtur.primo cœli.tex.com̃.89.
Omne quod non exiſtit in materia impoſſibile eſt ex eo inueniri pluſq̃ unũ in ſua ſpecie.1.cœli.tex.

cõmen.90.idem.12.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.49.

Omnia quieſcunt dum ueniunt in proprium locum, eius uero ꝙ circũfertur idem eſt locus, unde incepit & in quẽ conſumat/primo cœli.tex.cõmen.100.

Omne habens actionem in ſe habet actionem in alio, & quod habet actionem in ſe eſt ſpirituale nõ corporeum/ſecundo cœli.cõmen.17.

Omnes naturales ſubſtantiæ/aut corpora ſunt/aut cum corporibus generantur & magnitudinibus.3.cœli.tex.cõmen.primi.

Omne quod nõ uere dicit̃ de ſingulis, non uere dicit̃ de toto, quia unaquæq; partiũ nõ eſt totum, & congregatio eſt totũ.3.cœli.cõ.8.idem.1.cœli.cõ.17.&.4.phy.com̃.43.

Omne de quo dicitur ſcd̃m comparationẽ non eſt neceſſarium, ut habeat illud per ſe niſi ſubſtãtialiter diceretur in reſpectu alterius, ſi enim aliquid dicit̃ de aliquo ſcd̃m comparationem, & iſtud exiſtit in eo per ſe neceſſario, iſtud dictũ non eſt in eo ſm ꝙ eſt comparatũ, ſed ſecũdum ꝙ comparatio accidit ei.3.cœli.cõmen.9.

Omne factum prima intentione eſt eſſentialr̃, ſcd̃a aũt eſt accidentalr̃.3.cœli.com̃.74.

Omnia appetũt eſſe diuinũ & imortale, & illius gratia agunt quæcũq; agunt ſcd̃m naturã.2.de.anima.tex.cõmen.34.idem.1.phyſi.81.&.2.cœli.tex.cõmen.64.

Omnia duo quorũ ſubiectum eſt unũ & alterum eſt perfectius altero, ſemp reſpectus perfectioris ad imperfectius eſt reſpectus formæ ad materiã.3.de anima.cõmen.36.

Omnes homines natura cognoſcere deſiderant.ex ꝓœmio primæ pħiæ, ita in ueritate debet ſtare. Et mirũ eſt de tot uiris illuſtribus/quomõ uſq; ad iſta tẽpora tranſtulerint/ſcire/cum litera græca iaceat, πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται, εἴδησις autem apud Græcos non ſciam, ſed cognitionẽ ſignificat quæ eſt tanq̃ genus reſpectu ſciæ, ſcia enim eſt per demõſtrationẽ, ſed cognitio ſe extẽdit etiã ad imediatas ꝓpoſitiones, & etiam ad cognitionẽ ſenſitiuã, unde Ariſt.ↄſuetudo fuit in principiis librorũ ab uĺioribus exordiri iuxta doctrinã traditam in principio libri phyſicæ auſcultatiõis/hoc oſtendit principiũ libri ethicorũ, & principiũ libri poſteriorũ analyticorũ, & principiũ libri phyſicorum, & in pleriſq; locis, & ↄfirmat̃, nam ꝓbatio à ſigno ex dilectione ſenſitiua circa hoc tendit, nam homines oẽs amãt ſenſus naturaliter ꝓpter cognitionẽ nedũ ꝓpter utilitatẽ, nam & ſi nihil agere deberemus adhuc illos diligimus, & p̃cipue uiſus ſenſum, quia hic maxĩe ad cognitionẽ ꝓficit, manifeſtũ eſt aũt ꝙ oẽs homines non amant naturaliter ſenſus ꝓpter ſcientiã ꝓprie q̃ per demonſtrationem habet̃, nam ſcribit Alexã.in principio libri priorũ/ꝙ hominis ꝓprietas eſt cognitio ipſa & ↄtemplatio ueritatis, ſicut enim quodlibet aĩal habet aliquid ſibi peculiare ſic & homo, unde pueri etiam natura feruntur ad cognitionem & delectantur ex auditu fabularum, nullam inde conſequentes utilitatem præter cognitionem ipſam. Vnde animaduerte quòd etſi cætera animalia nobiſcũ cõicent in cognitione ſenſitiua, tamen in hoc differimus ab ipſis, quia natura ſenſus aĩalibus largita eſt ꝓpter ſalutẽ & utilitatẽ eorum, ut eis mediantibus ꝓſequãtur iuuantia & euitent nocentia, ſed nõ dedit eis ſenſus ꝓpter cognitionẽ tm̃ circa utilitatẽ, unde non appetũt ſenſus ꝓpter cognoſcere, ſed ꝓpter utile, ſed hoc homini ꝓpriũ eſt, nam ut teſtat̃ Pħs in p̃ſenti loco, non enim ſolum, ut agamus, ſed etiã ſi nihil acturi eſſemus uidere p̃ cæteris ſanè experimur, unde Auer.in.2.cœli.com̃.77.ſcribit ꝙ brutorũ cognitio nõ deſiderat aliquã cognitionẽ intellſus.igitur Ariſto.ſincerus talis eſt ab uniuerſalibus exordiũ ſumens.inquit.ꝙ oẽs homines natura cognoſcere appetũt, & hoc oſtendit̃ ꝑſuaſione ſumpta à ſigno, ex ſenſuũ dilectione, quia hoĩes naturaliter appetũt, non ſolũ ꝓpter actionẽ, ut leuia, uerũ ꝓpter ipſam cognitionẽ, quia cognitio ipſa naturaliter appetit̃ ab hoĩe, ſi autẽ ſenſus eſſet, ꝙ homines natura appetãt ſcire, ꝓprie dictũ quod eſt per demonſtrationẽ, tunc ꝓbatio ex dilectione ſenſuũ non eſſet ad propoſitũ niſi ſentire eẽt ꝑ demonſtrationem intelligere, quod Ariſto. doctrina abhorret, tum ex libro poſteriorum analyticorum, tum etiã ex.2.de aĩa contra antiquos q non diſtinxerũt inter imaginationẽ & intellectũ, licet enim ſenſus ſit adminiculũ ad ſciendũl, aiud tamẽ eſt ſcire, & aliud ſentire.nolo tamẽ propter hoc negare, quinetiã ſciẽtia & ↄtemplatio ueritatis ſit homini ꝓpria, ſed dico intellm̃ Ariſto.non de ſciẽtia, ſed de cognitione q̃ eſt genus ſciæ fuiſſe, & ex hoc patet ſolutio ad q̃ſtiones Latinorũ in principio primæ philoſophiæ, quia omnes procedunt ex malo intellectu literæ.

Omne compoſitum ex materia & forma eſt diuiſibile.1.meta.com̃.7.

Omnes principia contraria faciunt.1.phyſi.tex.com̃.41.& in.4.metaphy.tex.cõ.6.

Omnia aut cõtraria ſunt, aũt cõpoſita ex contrariis.4.meta.tex.com̃.6.¶ Animaduerte tamẽ ꝙ ut ſcribit Cõmen.ibi in com̃.illa diuiſio eſt ſcd̃m ꝓbabilitatem, & non eſt ſcd̃m neceſſitatem, ga cor-

pus quintum,neq; eſt contrarium,neq; eſt compoſitum ex contrariis,conſimile.1.cœli. cōmē.20. & in libro de ſubſtantia orbis ferè per totum,ubi oſtenditur cœlum eſſe æternum etc.
Omnes homines conueniunt in hoc ꝙ indiuidua corporum exiſtentium per ſe ſunt ſubſtantię,& ꝙ in eis eſt principium. Cōmenta.7.meta.cōmen.5.
Omne qđ fit diuiſibile ſemp oportet eē,& eē hoc qdē hoc/hoc uero hoc.7.meta.cō.& tex.28.idem primo phy.tex.com̄.64. Vbi aīaduerte ꝙ Cōmen.exponit hoc hr̄e ueritatē nō actu,ſed ſcđm rō/nem,uide ſuperius in lr̄a G/ibi generatū oē diuiſibile eē oportet,ąa late declaraui ibi hoc.
Omne principium eſſendi eſt principium numeri,& omne prīcipium numeri eſt principiū eſſen/di.10.metaphyſi.tex.cōmen.7.
Omne ad omne/aut idem/aut aliud.10.meta.tex.cōmen.10.
Omne cuius elementum eſt ſubſtantia,eſt ſubſtantia.12.meta.tex.cō.19.intelligitur de elemento ꝓpinquo,ut gloſat Cōmen.12.metaphy.com̄.22.
Omne cuius cā eſt generabilis & corruptibilis,eſt generabile & corruptibile.12.meta.tex.cō.29. ibi enim dicit Ph̄s ꝙ ſi omnes ſubæ eſſent corruptibiles,omnia eſſent corruptibilia.
Omnis motor cuius ſubſtantiæ admiſcetur potentia,poſſibile eſt, ut in aliqua hora non moueat. 12.metaphy.tex.com̄.30.idem.8.phyſi.cōmen.4.&.15.
Omne æternum eſt actio pura,& ꝙ eſt actio pura nō habet potētiā.12.meta.cō.30.&.35.&.44.
Omne compoſitum ex duobus,quorum alterum pōt eſſe per ſe,poſſibile eſt alterum eē per ſe,niſi ſit compoſitio ſubſtantiæ & accidētis.uerbi gr̄a,hydromel ąa cōponitur ex aqua & melle,& aq̄ i/uenit̄ per ſe,neceſſe eſt ut mel inueniat̄ per ſe.12.meta.cō.35.idem in.8.phyſi.cō.37.
Omne cōpoſitū ex duobus oppoſitis ſi inuenit̄ unū eorū p ſe,& reliquū.12.meta.cōmen.35.
Omnino quorūcūq; ſubſtantia eſt in ſubiecta materia horum nihil contingit factum eſſe non exi/ſtente quadam materia.1.cœli.tex.cōmen.94.
Oppoſitū æquiuocat̄ in Arabico.1.phyſi.cōmen.60.quod ideo dixit,quia apud Arabes quandoq; oppoſitum ſumitur pro termino à quo,& quandoq; pro termino ad quem.
Oppoſita quorū potētia eſt potētia ↄtrariorū,nō diuidūt uerū & falſum niſi in eo quod innatum eſt recipere illa.3.phyſi.cōmen.24.idem in prædicamentis in ſermone de oppoſitis, idem.10.me/taphyſi.tex.cōmen.15.
Oppoſita duo nō poſſe ſimul ↄgregari in eodē,eſt ꝓpoſitio cōis pluribus una ſcīa.8.phy.cō.70.
Potentiæ quædam ſunt ſcđm ſimilitudinem,ut in mathematicis.9.primæ philoſophiæ.tex.cōmē. 2.quædam ſcđm rei ueritatem ut ſunt potentiæ in rebus tranſmutabilibus.

Potentia paſſiua eſt pricipiū trāſmutationis ab alio īquātum aliud,potētia uero actiua eſt pricipiū trāſmutationis in aliud īquātū aliud.9 meta.tex.cō.2.Vbi Cōmen.notat ꝙ ideo in diffinitiōe paſ ſiuæ potētiæ ponitur ab alio īquantū aliud,qa eſt manifeſtū ꝙ nihil patiť à ſeipſo,& ideo in diffi nitione actiuæ potētiæ poniť in aliud īquātum aliud,qa eſt manifeſtū ꝙ nihil agit in ſeipm̄.uide in ſimili Auer.in libro deſtru.dicto in diſpu.1.in ſolu.1.dub.ubi ſcribit,pricipiū cōceſſum ab om nibus eſt ꝙ nulla res ſeipſam pmutare pōt.idē.3.de aīa.cō.4.¶ Ex quo poteris uidere quātum de uiauerit à uia Peripateticorū Scotus ille ſubtilis in.9.primæ phiæ.q.14.ubi q̄rit an aliqđ pōt mo-ueri à ſeipſo,& in.2.ſniarū.diſt.2.q.10.& diſt.25.q.unica.uerum illi accidit plerūq; dū de ſenſibili-bus tractat,quod accidit Platoni.aduerſus quē Ariſt.ita ſcribit in.1.de gene.& corrup.tex.com̄.7. Cauſa autē quare non potuerunt confeſſa uidere inexperientia fuit.ideo quicūq; magis īſudaue runt naturalibus,magis poſſunt ſupponere talia pricipia,qbus multa poſſunt cōplicare,q autē ex multis ſermonibus īdocti exiſtētiū entis ītuētes & ad pauca reſpiciētes de facili enunciant. Cōtra Scotū.

Potētiæ cuiuſlibet paſſiuæ diffinitio recipit diffōnē potentiæ primæ materiæ.9.meta.tex.cō.12.

Potentiæ cuiuſlibet actiuę diffinitio recipit diffinitionē actionis primæ formæ q̄ eſt abſoluta ab oī materia.ibidē.& hoc rōnabiliter,quia dicit Cōmenta.12.meta.cōmen.18.in calce cōmenti,ꝙ om-nes pportiones & formæ ſunt in potentia in prima materia,& in actu in primo motore,& ibidē. com̄.24.habet quod forma primi mouentis quodāmodo eſt omnes formæ.

Potentiæ aliæ irrationales,aliæ rationem habentes.ibidem.

Potentiæ rationales agunt duo contraria ſimul,ut medicatiua ſanitatis,& ægritudinis factiua po-tentia eſt.9.metaphy.tex.com̄.3.& ibi redditur cauſa,quia ſcientia contrariorum eſt eadem,ratio autem eadem oſtendit rem & priuationem,non tamen ſimiliter.

Potentiæ irrationales ſunt alterius contrariorum tātū.ibidem.& tex.cōmen.13.

Potentia exiſtere ſignificat aliquem modum priuationis,& dicere aliquid habere potētiam,ad hoc eſt ſecūdum quod caret illo ad quod poteſt.9.metaphy.cōmen.3.

Potentia,qua aliqua tranſmutantur adinuicem,dicitur potētia paſſiua,& iſta eſt materia paſſiui.5. metaphyſi.cōmen.26.

Potentia & actus ſimilr̄ ſunt in ſubſtātia & in forma;dicimus enī ꝙ in lapide eſt forma mercurii &

in potentia & in actu:potentia,quia habet naturam recipiendi eam:actu uero,quia recipit illam. Cōmenta.5.metaphy.cōmen.14.¶ Ex quo patet quomodo res antequā fiat,dicatur eſſe potentia, contra ponentes potentiam obiectiuam diſtinctam à ſubiectiua.

Nota ꝙ Scotꝰ & Henricus de Gādauo ponētes potentias obiectiuā diſtictā apud Peripate. á potētia ſubiectiua.

Potētiæ nōnullæ aliqͣs magnitudinis ptes q̃ſi trāſcurſu ꝑtereunt nō diuidendo neq; ſecando,ſed ꝑparādo atq; ita afficiendo ut ſecari & diuidi aliquādo poſſint:nō enim ſemper ad diſcretionē potentiarum ſubiectæ magnitudines diſſecantur,ut eſt in ſtillicidiis cauantibus lapidē,ubi nō oportet ut ſingulis ſtillicidiis ſua ramenta reſpondeant. Themiſt.7.phyſi.38.

Potentia opponitur actui relatiue.9 meta.tex.cō.11.& cōmen.5.&.1.de anima.cōmen.6.

Potentiam aliam eſſe ab actu manifeſtum eſt.9.metaphy.cōmen.& tex.6.

Potentiam negātes deſtruunt motum.tex.cō.6.& Cōmē.reddit cauſam,quia motus eſt perfectio entis in potentia ſcd̄m ꝙ in potentia,& ideo cum potentia non fuerit,non erit motus.

Potentia multis modis dicitur.5.metaphy.cap.de poteſtate.& eſt tex.cōmen.17.uide etiam ſecundo phyſi.cōmen.15.&.10.metaphyſi.tex.cōmen.15.

Potentia ſcd̄m metaphoram eſt in geometria.ibidem.ubi Cōmētator dicit,ꝙ in rebus mobilibus reperitur potentia uere,ſed in geometricis tranſumptiue.

Potentia non eſt de ſubſtantia materiæ.1.phyſi.cōmen.70.uide in concordantiis.

Potentia non eſt corruptibilis per ſe,ſed priuatio eſt per ſe corruptibilis.1.phyſi.cō.82.

Potentiæ paſſiuę ſunt duplices,quædam ſunt paratæ recipere duo contraria ęqualr̄,& quędā ſunt paratæ dignius recipere alterum:in primis eſt contingens æqualiter,non in ſecūdis.2.phyſi.com̄.48.uide.4.cœli.cōmen.35.in fine.& ſecūdo cœli.tex.cōmen.38.

Potentiæ rerum contrariarum ſunt contrariæ.3.phyſi.cō.11.&.1.cœli.119.&.121.

Potētia qua aliqd eſt diuiſibile in īfinitū alia eſt à potentia qua æs eſt in potētia ſtatua,quia iſta reducitur ad actū.3.phyſi.tex.cō.57.&.58.¶ Ex quo elicitur non oēm potētiam eſſe reducibilem ad actum,ſed ubi potentia pōt ſeparari ab actu.ſunt autē res quarum differētiæ ſubſtātiales conſeruant ſuum eſſe in coniūctione potētiæ cum eis,ut in rebus,quarum eſſe eſt in motu: rerū enim quædam ſunt in actu ut homo,& quædam ſunt quarum eſſe ita ſe habet,quòd potentia admiſcetur cum actu,& ſi potentia non fuerit,non erit actus,ut dies.

Potentia naturalis & innaturalis ꝑm Alexandrū non eſt qualitas.7.phy.cōmen.20.

Potentia naturalis & innaturalis ꝑm Auerroem non eſt qualitas alterabilis.ibidem.

Potētię cœleſtes ꝑm ꝙ mouēt tēpore infinito nō hn̄t ꝓportionē,ſed ꝑm ꝙ unaquęq; mouet corpus propriū ꝓpria uelocitate, ꝑm hoc hn̄t ꝓportionē ad motū,uel cū moto.7.phy.com̄.35.

Potentiarū cœleſtiū diuerſitas in uelocitate mouēdi ꝓuenit forte ex diuerſitate naturarū mouētiū in nobilitate ꝑm magis & minus,& diuerſitate naturarū corporū quę mouenť ab eis.

Potentia non ſolū tempore ꝑcedit paſſionē exiſtētem in paſſo, uerūetiam ꝑcedit ꝑm tempus uirtutē agentem in agente,quod enim cōburit,innatū erat ante cōburere.8.phy.tex.cō.4.

Potentiam eſſe ante actum in motu non competit motui inquantum motus eſt, ſed inquantum nouus.8.phyſi.cōmen.4.

Potentia ad motū eſt duplex,eſſentialis ſeu naturalis,& potētia accidētalis ſiue uiolēta.8.phy.t.c.32.

Potentia eſſentialis non exit in actum niſi à motore eſſentialiter, potentia autem accidentalis exit in actum à motore accidentaliter.8.phyſi.tex.cōmen.32.

Potentia eſſentialis eſt in ſubiecto,ex quo aliquid generatur,ſed potentia accidentalis eſt in ipſamet re generata.8.phyſi.cōmen.32.

Potentia eſt cauſa cōpoſitionis alicuius,ex duabus ſubſtātiis, ſi illa,uel aliqua ſubſtantia ſit una in actu,& potētia illa erit ſimplex.8.phyſi.78.com̄.& idem habeť.8.meta.tex.cōmē.15.Caueant ergo qui ponūt in uia Ariſt.& Auer.intelligentiā dare eē formaliter orbi,& facere p ſe unū,ſicut ex potentia & actu,qa tūc in cœlo eēt alia potētia à potētia,q̃ eſt in ubi,ſed uideāt pauperes ꝙ illa cōpoſitio eſt generabilibus & corruptibilibus ꝓpria,ſicut patet ex fine octaui primæ ꝑhiæ.

Contra Alex. Achillinus & Petrus Pōpo.

Potētia actiua infinita non poteſt eſſe in materia,non aūt ueritatem habet de potētia paſſiua. Auer. limitatio eſt.8.phyſi.cōmen.79.Caueant ergo ponentes inchoationem formæ ab ęterno in materia,quæ coagit ad generationem.

Cōtra ponentes inchoationē formalē.

Potentia materialis actiua ſi minori tēpore agit actionē maiorē q̃ ſit actio minoris potentiæ,neceſſe eſt ꝙ in æquali tēpore agat maiorem actionē q̃ minor.8.phy.tex.cōmen.79.

Potentiæ nomē conueniētius eſt & manifeſtius apud Philoſophos, præſertim eſt quādo dicitur id quod eſt aptum inueniri in actum poſt hoc,& talis eſt potentia quæ dicitur de materia ex tracta.

primo/in paraphraſi metaphyſi.cap.de potentia & actu.

Potentia exiſtens in corpore cōpoſito ex materia & forma ſi poſſet habere motioné infinitam,tunc infinitum eſſet maius infinito.8.phy.cōmen.79.

Potentiæ motiuę poſſunt dici infinitæ duobus modis in duratione/ uidelicet & in uigore.8.phyſi. cōmen.79.idem.1.cap.de ſubſtātia orbis,&.12.meta.com̄.41.&.2.cœli.cōmen.71.

Potentia motiua in uigore dari non poteſt niſi motus poſſet fieri in inſtanti.ibidem.

Potentiæ incorporeę non habēt ꝓportionem, quia ꝓportio eſt ſolius quātitatis ad quātitatem,uel eorum quæ inſunt quantitatibus.8.phyſi.cōmen.79.

Potentiæ mouentis cuiuſlibet finitæ,neceſſe eſt,& tempus finitū eſſe.8.phy.tex.cō.80.

Potentiæ corporum ſequūtur magnitudines eorū.1.cœli.33.cōmen.&.46.&.48.

Potentia eſt aliquo modo priuatio,ſed eſt de ſpeciebus priuationis quū id quod priuaƭ ſolet habe/re/in paraphraſi meta.tracta.1.cap.de potentia & actu.

Potentiæ defectus diffinitur per minimū/ licet potētia ipſa ex fine ſui actus termineƭ.1.cœli.116.idē in paraphraſi primi de cœlo/ſumma.10.parte ſecunda.

Potentia actiua terminatur per ultimum finem eius quod agit,ſed potentia paſſiua per minimum eius à quo patitur/primo cœli.tex.cōmen.117.

Potētiæ oppoſitorū nō ſimul ↄgregātur in eadē materia, queadmodū nec ipſa oppoſita.1.cœli.cō. 119.&.121.ubi aduerte ꝙ Cōmen.in cōmē.121.limitat ipſam ad contraria īmediata,& in ſua para/phraſi in ſumma.10. parte ſcđa dicit/ ꝙ potentiæ ad oppoſita conſideratę in ſubiectis propinquis ſunt diuerſæ & in diuerſis temporibus.

Potentia ad aliqd eſſe nō eſt īfinita cū fuerit accepta in materia ꝓpinqua,ſed cū fuerit accepta in pri ma materia,ſed tūc non eſt illius īdiuidui niſi ꝑ accñs.Cōmen.1.cœli.cō.120.idem.4.phy.cōmen. 120.cōtra Ioā.Ganda.qui poſuit infinitas potentias ſimul in materia ab æterno.

Potētiam infinitā ad corruptioné impoſſe eſt īuenire,neq; eſſentialr̄,neq; accidētalr̄,ſed ad generatio nem infinitā eſſe potentiā accidētaliter,non aūt eſſentialr̄ non incōuenit.1.cœli.cōmen.120.

Potentiæ oppoſitę q̄ ſunt ad duo oppoſita īmediata,impoſſe eſt ꝙ ambę ſimul ſeparatę inueniãƭ à ſuis actibus.Cōmen.in paraphraſi ſuper.1.cœli.ſumma.10.parte.3.&.1.cœli.cōmen.121.

Potentia dicūtur partes eē in toto,& hoc duplr̄/uel de partibus ſm q̄litaté/uel de partibus ſm quā/titatem,ex tracta.primo meta.in paraphraſi/cap.de potentia & actu.

Potentia nulla eſt media īter finitū & īfinitū cū potētia īfinita eſt tm̄ una potētia.1.cœli.cō.134.

Potentia non intelligiƭ niſi reſpectu futuri, & ideo qui dicit ꝙ eſt potentia reſpectu præteriti facit de præterito futurum/aut preſens/primo cœli.cōmen.138.

Potentiæ illę ſm quas cœlū diciƭ habere dextrū & ſiniſtrū nō ſunt materiales.2.cœli.cō.15.

Potentia quieſcentis addit ſupra potētiam mouentis niſi quieſcens moueatur à mouente/ut decla/ratum eſt in libris de animalibus.2.cœli.cōmen.17.

Potētiæ motorū ſeparatorū à materia ſunt finitę uno mō,& ſunt īfinitę alio mō,ſunt enim in uigo re,& ſunt īfinitę,qa mouēt ęterno tēpore.2.cœli.cō.38.&.39.&.8.phyſi.cō.79.& in paraphraſi.1.de cœlo in fine/& in.3.cap.lib.de ſuba orbis/&.12.meta.cōmē.41.&.2.cœli.com̄.71.

Potentia diuiditur ſcđm corporis diuiſioné.2.cœli.cōmen.41.idem.8.phy.com̄.79.

Potētias motori cœli nō eſt infinita niſi in ęternitate motus,non in uelocitate,neq; in multitudine motuum.2.cœli.cōmen.63.&.71.&.8.phyſi.79.& alibi.

Potentia & actus ſunt differentię ualde oppoſitæ,& contingunt omnibus prędicamentis/primo de anima.cōmen.6.idem.12.metaphyſi.tex.cōmen.26.

Potentiis priores ſunt actus ſm rōnem & obiecta actibus.2.de aīa.tex.cōmē.33.ideſt quo ad noſtrā cognitionem,ſcđm rōnem autē quo ad doctrinā/uel ſcđm Alexandrū.i.ſcđm perfectionem,quia potentia eſt prior tēpore actu,actus uero prior ꝑfectione.9.met.tex.cō.15.priora genere ſunt imp fectiora/aut ſm rōnē.i.diffinitionē qa potētia diffiniƭ per actū,& actus ꝑ obiectū & nō ēcōtra.

Potentia duplex/remota & propinqua.2.de anima.tex.cōmen.61.

Potentiæ aīę non locis & habitaculis,ſed rōne cogitationeq; inuicē abſoluūtur,quorū enim euenta exitusq; diuerſos eē ↄſpicimus,ipa quoq; inter ſe diuerſa eē neceſſe eſt. Them̄.2.de aīa.cap.9.& ha betur ex mente Ariſ.tex.com̄.20.Vide etiam Alexan.pulchre de hac materia in paraphraſi de aīa. in cap.penultimo,& in paraphraſi/cap.ultimo.

Potentia eſt quoddā conſequēs ipſius materię eiuſq; umbra/licet dicaƭ ſm prius & poſterius.itidē & actus eſt cōſequens ipſius formæ,& umbra inſequēs ipſam/licet dicatur ſm prius & poſterius.

Auer.in.3.tractatu paraphraſi metaphyſi.col.5.

Potentia receptio & perfectio æquiuoco modo dicuntur de intellectu,& de rebus materialibus.3. de anima.cōmen.14.

Potentia propinqua actui uocatur diſpoſitio media inter potentiam remotam & poſtremam perfectionem.3.de anima.cōmen.14.

Potentiæ actiuę diuerſę differunt in q̄litate actionis,& paſſiuæ in qualitate paſſionis,aut in utroq; ſi utrūq; fuerint.3.de anima.cōmen.primo.

Potentia ens eſt priuatio eius quod eſt in actu,ex principio cōmen.ſuper libro de ſomno & uigilia. idem.9.primæ philoſophiæ.cōmen.3.

Potentiæ naturales ſunt diuiduæ circa corpora,ſed qualitates primę ſunt diuiduæ circa materiā,& non circa corpora.Themi.1.de anima.cap.12.ſuper tex.26.

Potentia totius in formis diuiſibilibus eſt maior potentia partis. primo cap.de ſubſtātia orbis.&.8. phyſi.tex.cōmen.78.&.79.

Potentiæ debēt diffiniri p ſuos fines, & nō per illud quod eſt ante finē,& p eos diſtiguit̄ q̄libet potentiarū rerū habētium potentias diuerſas.1.cœli.tex.cō.116.ubi dicit Simplicius q; ſicut minor grauitas eſt in maiori,ſic minor potētia continetur in maiori,& maius eſt maioris principiū & minus minoris: Diuus Thomas autem dicit,q; diffinitio debet dari per ultimum quod dat ſpeciem & complementū,quia illud unum eſt, & in diuiſibili conſiſtit,teſte Porphyrio,cap.de differentia. Vide conſimilem ſententiam in.10.ethicorum.cap.9.

Poteſtate ens eſt indefinitum.4.meta.tex.cōmen.15.

Prandium differt à cena ſm diuerſitatē temporis tm̄.8.metaphy.tex.cōmen.5.

Prædicamēta accidentiū habēt ordinē inter ſe,ut ſunt in ſub̄a,quia hoc manifeſtū eſt,quātitas enim eſt in prima inter cætera cū non reperiat̄ quātitas niſi in corpore, nec locus niſi in aliquo corpore inquātum eſt corpus,nec ſitus niſi in locato, agere aūt & pati nō niſi mediante ubi & ſitu , & habere non ineſt niſi mediante ſitu & ubi,non tamē eſt impoſſibile, ut duo p̄dicamenta habeant in hoc eundem gradū,ut qualitas & ubi,quia non uidetur unū iſtorū præcedere aliud ſcd̄m ſuum eſſe in ſubſtantia.Ex paraphraſi meta.tracta.2.in principio.

Prædicatio alia eſt naturalis alia non naturalis.7.meta.cōmen.59.

Prædicata eſſentialia ſunt illa q̄ adunant̄ cum ſubiecto,& adunātur adinuicem,ècōtrario autē ſunt prædicata accidentalia.7.metaphy.tex.cōmen.11.Contra Ioānem de Gandauo ponētem formam generatam aſſe realiter diſtinctam à forma ſpecifica. *Cōtra Ioā.de Gandauo.*

Prædicata eſſentialia primi modi ſunt tria genus,& differētia,& diffinitio.7.meta.com̄.11.cōtra formalizantes ponētes quartū mēbrum,& eſt quādo idem p̄dicat̄ de ſeipſo,cū tamē illa p̄dicatio non ſolum nō eſt per ſe ſm Peripateticos in primo mō,imo neq; eſt naturalis p̄dicatio,ſed eſt nugatoria,ut dicit Cōmen.4.meta.cōmen.3.& nos ꝓlixe probauimus hoc in noſtris Theorematibus,in illo Theoremate,ſubſtantia prima de nullo prædicatur. *Cōtra formaliʒantes.*

Prædicabilia accidētalia q̄dam p̄dicātur per ſe,& q̄dam per accidens.7.meta.tex.cōmen.11.

Prædicata accidentalia per ſe p̄dicata de ſubſtātiis non indicāt rei quidditatē.ibidem.

Prædicata per ſe dicūtur tribus modis,primo tractatu cap.de eſſentia in paraphraſi metaphyſicæ. idem Themi.primo poſte.cap.de per ſe, uide in contradictionibus nuper editis.

Prædicamenta quę habēt cōpoſitionē,cōiter exiſtimātur q; non eſſent,ſi aīa non eſſet.Cōmen.in.6. metaphy.cōmen.8.ubi p talia p̄dicamēta intelligas illa q̄ important aliquā comparationē & reſpectum unde de p̄dicamēto relationis ſcribit Cōmen.12.meta. com̄.19.quod eſt minimę entitatis,& q; quidam exiſtimauerūt illud eſſe de ſecundis intellectis.

Prædicabilia quæ declarant quidditatē indiuidui ſubſtātiæ,ſunt digniora hoc nomine ens q̄ prędicabilia aliorum accidentium.7.meta.tex.cōmen.2.

Prędicatio hominis de homine pfecto per ſcias ſpeculatiuas, & de non pfecto, aut non habēte aptitudinem,ut pficiat̄ eſt ęquiuoca. Auer.in ꝓlogo primi phy.ubi pondera q; non q̄libet habet aptitudinem,ut pfici poſſit,uide ꝓ hoc in.2.primę philoſophiæ.tex.cōmen.15.de habentibus naturæ impedimentū,uide etiam.2.phyſi.cōmen.6.&.2.cœli.cōmen.22.

Prædicatum quod dicitur cōuertibiliter de duobus, oportet q; illa duo inuicem conuertātur,primo cœli.com̄.125.& habetur ex primo priorum analyticorum.

Prædicamentorū diſtātia eſt diuerſa à diſtantia ꝯtrariorū,etenim nō eſt merito contrarietatis,ſed iō dicūtur diſtare adinuicē,q̄a nō generant̄ mutuo inuicē,neq; aggregant̄ in eodē ſub̄to.in paphraſi meta.

meta.trac.3.col.12.ibi,& dicamus q unũ opponit multitudini multis modis.

Prædicatum quod cõpetit alicui per ſe ſimul,eidem per accidens competere non poteſt/ primo de anima.tex.cõmen.41.& habetur primo poſte.in cap.de per ſe.

Prædicata eſſentialia inueniũtur in genere eorũ quæ dicũtur multiplr, ſicut inueniũtur in genere eorum quæ dicũtur uniuoce,ſed nõ inueniũtur in eis q̃ dicunt æquoce,licet in eis inueniat quoddam uerũ,tamen non eſt eſſentialr,poſſibile enim eſt,ut aliquod pdicabile pdicet uere de aliquo nomine æquoce/uerbi gratia/oĩs canis eſt pulcher,ſed non inuenit in eis pdicabile eſſentiale oino 4.meta.cõmẽ.2.ubi per pdicata eſſentialiter dicta/intelligas pdicata p ſe primi modi & ſecũdi modi dicendi per ſe,qa ſola illa ingrediũtur in ſimplr ſcibilibus ſm Ariſto.in primo poſte.nã quæcũq; neutraliter inſunt,accidẽtia ſunt.in analogis igit inueniũtur pdicata primi modi dicẽdi per ſe, qa taliũ ſunt diffinitiones,ut patet de diffinitione naturæ,ut patet.2.phy.tex.cõmẽ.3.ſicut eſt diffinitio motus.3.phyſi.cõmẽ.4.& tex.cõmẽ.6.ſicut eſt diffinitio de aĩa, ut patet.2.de aĩa.com̃.7.&.30.&.3.de anima.cõ.5.cõtra Alexã.in talibus etiam pdicata ſecundi modi p ſe,quia ex ſecũdo poſte.ſi ſubiectũ eſt analogũ,& paſſio etiam eſt analoga & ecõtra,ſed in pure æquocis bene põt contingere ut aliquod pdicatum uerificetur de oĩbus modis ſeu ſignificatis,ſed nõ eſſentialiter,ſed accidẽtaliter,ut iſta/omnis canis eſt pulcher, ſunt enim tres ppoſitiones & oẽs ſunt ueræ, ſed pulchritudo non uerificatur de eis,nec in primo/nec in ſecundo modo dicendi per ſe,in plus enim eſt propoſitio uera q̃ ſit propoſitio per ſe.

Prædicatio eiuſdẽ de ſeipſo eſt nugatoria,elicit ex.4.meta.in cõ.3.& ex.10. meta.cõ.8.in calce com̃.

Prædicationes de generibus & differẽtiis in lingua Arabũ fiunt ab abſtracto.Dicunt enim q hõ eſt animalitas & rõnalitas,& apud eos nõ fit pdicatio denoĩatiua de pdicato ſubſtãtiali,qa non dicũt hominem eſſe intellectiuũ.in paraphraſi metaphy.tracta.3.in col.4.ſic itelligas dictum eius in.7.metaphyſi.cõmen.ubi dicit q Sortes eſt animalitas & rationalitas.

Præparationes indiuiduales ſunt infinitæ & cognoſci nõ poſſunt à nobis per ſigna & reddũt artem medicinæ imperfectam.6.colliget.cap.primo.

Præparatio eſt priuatio aliqua & nullã habet naturam niſi ppter naturã ſubiecti,& illo modo fuit poſſibile,ut præparationes diuerſentur in unoquoq; ente.3.de anima.com̃.14.

Præparatio q̃libet in eo q pparatio uere nihil dicit eſſe in actu,ex illis q̃ recipit.ibidem.

Præcordia ictu traiecta in pliis riſum attuliſſe proditum eſt,& uide cauſam in.3.de partibus aĩalium cap.10.ubi agitur de ſepto tranſuerſo,Græci phrenes appellant.

Præcordium ſiue pericordium eſt mẽbrana in qua cor inuoluit ſcdm Alexan.in paraphraſi de anima.cap.ultimo,notatur q ut ait Gale.antiqui pcordium os ſtomachi etiã appellare cõſueuerunt, ſed hoc eſt large.Vide in litera/D/de diaphragmate.

Præceſſio entis non tẽporalis nõ eſt reſpectu tẽporalis/neq; cauſalis, ut umbræ reſpectu ipſum corpus,neq; tẽporalibus,ut eſt in natura entium mobiliũ, ſed eſt pceſſio eſſe impermutabilis & non in tempore reſpectu eſſe pmutabilis & in tẽpore. Ex libro deſtru.diſpu.prima in ſolutione dub.14.Vide in contradictionibus nuper editis.

Præmiſſæ dicũtur principia cõcluſionis,uel qa ſunt ſicut efficientes, uel qa ſunt ſicut materia,unde eſt ſcdm uiam ſimilitudinis,ex paraphraſi meta.trac.1.cap.de principio.

Priuatio quãq̃ nullibi ſubſiſtat,ſed ſola rõne,neceſſaria tamen eſt ceu altera q̃dam natura,quæ alteri naturæ accidat.Themiſtius in digreſſione primi phyſi.

Priuatio efficit ut materia ſit poteſtate non actu.Themi.1.phy.ſuper tex.78.

Priuatio ita ſe habet q in ea nulla eſt poſſibilitas,ſi enĩ in priuatiõe eẽt poſſibilitas/poſſẽ eſſet q puatio reduceret ad eẽ.Ex lib.deſtru.diſpu.pma/in ſolo.15.dub.Vide in ɔtradictionibus nup editis.

Priuatione exiſtente oportet rerũ eſſentiam rerũ corrumpi,ſi uero nõ fuerit,oriri oĩa atq; naſci neceſſe eſt, nihil enim omnino fieri poteſt niſi corruptio alicuius diſſolutioq; pcederet,alioquin omnia fuiſſent ſempiterna & imortalia,malũ igitur & interitus ex priuatione pficiſcitur atq; contingit.Themiſtius primo phyſi.ſuper.80.tex.

Priuatio nõ intelligit per ſe,ſed in reſpectu ſui habitus.12.met.cõ.37.&.3.de aĩa.tex.cõmẽ.25.

Priuatio eſt contradictio quædam.10.meta.tex.cõmen.15.aut in potentia determinata aut cõcepta cum ſuſceptiuo.10.metaphyſi.tex.cõmen.15.

Priuationis alicuius medium eſt.ibidem.

Priuatio & habitus nõ diuidũt uerũ & falſum,quãdo ſubiectũ eorũ fuerit ens/aut terminatũ,ſecus autem eſt de ɔtradictione.10.meta.tex.cõ.15.idem.5.meta.tex.com̃.27.& in poſt pdicamentis/&.5.

metaphy.cõmen.27.&.1.cœli.129.&.3.phyſi.cõmen.24.&.4.phyſi.com̃.109.
Priuatio forſan non omnis contrarietas.10.metaphy.tex.cõmen.16.
Priuatio dicitur multipliciter.9.metaphy.tex.cõmen.3.
Priuatio eſt poſterior habitu.10.metaphyſi.16.
Priuatio ubi latuerit & fuerit innominabilis,ut in ære figuræ cuiuſlibet,aut in lateribus & lignis domus,ex his uidet̃ fieri.7.meta.tex.com̃.25.ubi collige cauſam,ꝑpter qd ↄtĩgit iſta diuerſitas in ſermone ꝙ quãdoqꝫ aliqd dicit̃ fieri ex aliquo,ut ex materia,interdum loqmur in obliquo, ut ex ęre fit ſtatua,ĩterdum in recto,ut hõ fit muſicus,& regula eſt ꝙ ubi priuatio fuerit ignota,& ſine nomine,tũc denoĩatio fit à materia in obliquo,ut ex ęre ſtatuam fieri dicimus,& ex lignis nauim, ſed quando priuatio nota eſt,tunc fit ſermo in recto,ut homo fit muſicus,& non ex homine fit muſicus,hoc etiam pulchre notauit lucidiſſimus Themiſtius in primo phyſico. in expoſitione tex.cõmen.61.ſicut poteris clare uidere.
Priuatio toties dicitur quoties à priuatiua particula negationes dicuntur ibidem,ubi Cõmenta.in cõmen.dicit/quòd numerus modorum priuationis inuenitur ſecundum numerum intentionũ quæ ſignificantur per nomina priuatiua infinita.
Priuatio aliq̃ eſt ſm genus,ut talpę cęcitas,alia ſm ſe.5.met.tex.cõ.27.& eſt in cap̃.de priuatiõe.
Priuatio formæ apte haberi naturaliter dicitur tribus modis,aut enim eſt priuatio pura,ut in eo q non habet pedes omnino,aut praue ut qui habet pedem claudum,aut debiliter ſicut q habet pe/dem debilem.5.metaphyſi.tex.cõmen.27.& eſt diuiſio conſimilis apud medicos de actione læſa, conſimile habetur in.2.de anima.103.&.120.&.3.phyſi.34.
Priuatio & habitus non diuidunt uerum & falſum in omnibus rebus,fallit enim in mediis.5.met. tex.cõmen.27.idem in prædicamentis in ſermone de oppoſitis.
Priuatio & habitus diuidunt uerum & falſum in ſubiecto proprio.5.metaphy.27. idem.10. meta. 16.&.3.phyſi.24.&.4.phyſi.109.& primo cœli.129.
Priuatio eſt habitus aliquo modo.5.metaphy.tex.cõmen.17.
Priuatio efficit ut materia ſit in potentia.Themiſtius.1.phyſico.ſuper tex.78.
Priuatio licet ſit generandis rebus principiũ per accidẽs,nõ tamen illo modo quo album & muſicũ reſpectu eius qui ſanat̃,tales enim cauſæ per accidens nihil cõferũt generationi,ſed priuatio con/fert,quia materia eſt in potentia per ipſam.Themiſtius.1.phyſi.ſuper.78.
Priuatio eſt principiũ generationis per accidens,qa accidit animæ quæ eſt principium generatiõis per ſe,& ſic ex priuatione omnia generantur per accidens.Them̃.1.phyſi.ſuper.66.
Priuationem & formam eſſe contraria pingui minerua dictum eſt,quum in ſe inuicem agere non poſſint,neqꝫ pati.Themiſtius primo phyſico.67.
Priuatio eſt non ens per ſe,primo phyſi.cõmen.79.&.75.
Priuatio non eſt ſubſtantia neqꝫ accidens.ibidem.
Priuatio nõ eſt natura,neqꝫ forma,ſed formæ uelut mera abſentia.Them̃.1.phyſi.ſuper.69.
Contra Egidi. Roma. Priuatio ſemper machinatur ad maleficium.1.phyſi.tex.cõmen.80.
Priuatio accidit materiæ de neceſſitate.1.phyſi.cõ.81.¶ Caueat Egidius Romanus in cœlo ponens primã materiam eiuſdem rationis cũ iſta ſine priuatione,materiam enim confeſtim ſequitur con trarietas.Ex libro.2.de morte & uita,& per conſequens priuatio.
Priuatio eſt cauſa ꝙ deſideriũ naturale eſt in materia.1.phyſi.cõ.81.Vide in concordantiis.
Priuatio non eſt potentia/ultimo cap.de ſubſtantia orbis.
Priuatio pluribus modis ſumitur in ſcia diuina q̃ in logica,in qua tantum tres modi ſunt poſiti in paraphra.metaphyſi.Cõmenta.trac.1.cap.de oppoſitis.
Priuatio exiſtẽs in prima materia nõ eſt priuatio ſimpliciter,ĩmo eſt ſicut forma materiæ.2.phyſi. cõmen.15.& habetur etiã in tex.qđ qũo ſit intelligendum,uide in concordãtiis contra ponẽtes in/choationem formarum,qui ſuper hoc fundant præcipue ſuam opinionem.
Priuatio quãdo nõ habet nomẽ,tũc locutio de ſubto fit in obliquo,qa in tali denotat̃ priuatio im/portari,& nõ fit in recto,ut dicimus ex ęre fit ſtatua,& nõ ęs fit ſtatua,ſed ubi priuatio habet no/men,fit de ſubiecto in recto ut hõ fit muſicus,qa priuatio nota eſt.ſ.ĩmediata, ĩflexio enĩ de recto uidet̃ abiẽs quoddã & recedẽs ſignificare,rectus uero caſus ſubſiſtẽs & remanens.
Priuationes quodãmodo habent diffinitiones.3.phyſi.cõmen.13.
Priuatio non habet in ſe diuerſitatem,quia eſt non ens.4.phyſi.tex.cõmen.67.
Priuationes terminãtur & menſurantur in reſpectu habituũ.4.phyſi.com̃.118.uide idem.3.de ani/ma.tex.

ma.tex.cōmen.25.&.1.de anima.tex.com̄.85.&.4.phyſi.120.

Priuatio duplex/q̄dam præcedit eſſe & cum ea coniungitur poſſibilitas eſſendi,& quędam ſeq̄tur poſt eſſe,& cum ea non eſt poſſibilitas rem eſſendi.2.phyſi.cōmen.120.

Priuatio Sortis quæ p̄cedit ſuum eſſe terminat̄ per tēpus quādo accipit̄ in ſubiecto ꝓpīquo,uer/bi gr̄a in ſanguine mēſtruo,ſed cū accipit̄ reſpectu poſſibilitatis quæ eſt prima materia iuenietur infinita in præterito.4.phyſi.com̄.120.&.1.cœli.cōmen.120.contra Ioan.de Ganda.qui tenuit infinitas eſſe potentias particulares in prima materia. Cōtra Ioan. de Ganda.

Priuatio non ꝓprie dr̄ contraria formæ,ſed data q̄dā rudiuſcula nōis ratione,nam ſi exacte loqui uoluerimus priuatio abſentia quædam eſt formæ.Themiſt.5.phyſico.9.

Priuatio q̄litas q̄dā eē uidet̄.Them̄.in digreſſiōe primi phy.Vide in ↄcordātiis nuper editis.

Priuatio non trāſmutat̄,ſed ſubiectū priuationis.1.phy.51.&.5.phy.cō.8.8.phyſi.4.&.62.

Priuationes in q̄buſdam ſuis nōibus proferūtur,q̄buſdam uero non ipſę priuationes,ſed aliorum ſolę negationes habentur,nā cōīa oībus compoſitis nomina facile eſt inuenire,ut conueniētia in/conuenientia,ſed particularibus compoſitis nomina in cōmuni loquendi conſuetudine non in/ueniuntur.Themiſt.1.phyſi.ſuper tex.45.

Priuatio quandoq; ſignificatur per affirmationem.5.phyſi.tex.cōmen.9.

Priuationes cognoſcuntur per habitus.3.de anima.tex.cōmen.25.

Priuationes aliquæ ſunt p̄fectiores/ſeu nobiliores q̄buſdam entibus īperfectis,& ideo nonnunquā melius eſt non uidere.q̄ uidere in paraphraſi meta.trac.3.in col̄.14.contra illos qui opinabant̄ potius multitudinem eſſe priuationē unitatis q̄ ècontra,quia priuatio eſt ignobilior habitu,& multitudo eſt ignobilior unitate.

Priuationes nōnullæ ſunt differentiæ.4.phyſi.tex.com̄.67.

Priuatio & negatio differunt,q̄a negatio eſt ablatio alicuius negati ſimpliciter,ſed priuatio eſt ablatio alicuius in aliqua natura terminata.4.metaphy.tex.com̄.4.

Priuatio ad eas res pertinet quæ paratā habēt naturam ut poſſint id capere,q̄d nondum ceperunt atq; id agere eoq; modo quod & quo non agunt.Them̄.5.phyſi.22.

Priuationis inquātum priuatio eſt,nulla eſt differentia,ex.1.de partibus aīalium.cap.3.

Priuationes non ſunt generationes ſcd̄m primam ītentionē,ſed ſcd̄m errorem ex accidentibus po/ſitis,& hoc eſt cōmune naturæ & arti.12.metaphy.cōmen.13.

Priuationum generationes tam in naturalibus quàm in artificialibus non eſt uerum generationis appellari.ibidem.

Priuatio eſt contradictio quædam.10.metaphyſi.tex.com̄.15.aut in potentia determinata,aut con/cepta cum ſuſceptiuo.10.metaphy.tex.com̄.15.

Priuatio eſt ſpēs quodāmodo.2.phyſi.tex.com̄.15.idem.5.metaphy.com̄.& tex.17.

Priuatio eſt non ens.4.metaphy.tex.com̄.6.idem.1.phyſico.com̄.79.

Princeps inquantum eſt princeps oportet quòd habeat aliquam operationem propriam.Cōmē. in libro de partibus animalium.3.cap.de corde.

Primum principium non eſt conueniēs ſcd̄m modum quo eſt principium ꝓprium,ſed debet eſſe conueniens aliquo modo uniuerſali.12.metaphy.cōmen.24.

Primus Ph̄s habet loqui de modis priuatiōis,& eſt ꝓpriū loqui de priuatione ubi ſit ſermo de potentia.9.metaphyſi.com̄.3.Ex quo patet ꝙ ſemper potentiæ eſt annexa priuatio, idem lucidiſſi/mus Themiſt.in.1.phyſi.in digreſſione de potentia & priuatione materiæ.

Primus Ph̄s debet diſputare contra negantes potentiam eſſe.9.metaphyſi.com̄.5.

Primus Ph̄s conſiderat de diffōne ut ſignificat naturas rerū,ſed logicus conſiderat ut eſt inſtrumētum ducens ītellectum ad ītelligendum q̄dditates rerum.7.metaphy.com̄.42.

Prima philoſophia eſt circa ſeparabilia & imobilia.6.metaphyſi.tex.com̄.2.

Primus modus per ſe eſt quādo p̄dicatum eſt in ſubſtātia ſubiecti,& hoc ſiue ſit genus/ ſiue diffe/rentia/ſiue tota diffinitio.5.meta.cō.23.idē habet Cōmē.7.meta.cō.11.ubi dicit/ꝙ primus modus prædicabiliū eſſentialiū continet tria.ſ.genus/& differētiā/& diffinitionē/quę cōponit̄ ex eis.¶ Ex quo patet error formalizantiū ponentiū quartū modū,& eſt quādo idē p̄dicat̄ de ſeipſo,uolunt enim habēs p̄dicationē eē in primo mō dicendi per ſe in quarto ordine,ſed hoc q̄dem ſtare nō poteſt,ut dixi in annotationibus cōtra ipſos,tum q̄a p̄dicatio primi modi,cū ſit deſeruiens ſimplici/ter ſcibilibus eſt p̄dicatio q̄ eſt ſcd̄m naturā,ſed iſta eſt p̄ter naturā, & in fine abominationis, ut dicit Cōmen.in.1.priorū.in digreſſione de quarta figura,tum q̄a talis ꝓpoſitio non pōt īgredi in Cōtra formaliʒantes.

demonſtratione,qa ſolũ ĩgredit̃ in ſyllo ex oppoſitis q eſt obliqtas & ꝑdicatũ cõtra ſyllm̃,ut patet in.2.priorũ.& patet ex diffõne ſylli,tũ quia eſt nugatoria,ut dicit Cõmen.4.meta.cõmen.3.

Primũ principiũ in genere,uidelicet cauſæ formalis nõ potuit ſciri in ſcientia naturali. Cõmen.primo phyſi.cõmen.69.& tex.cõmen.ultimi/& in ꝓlogo ſuper.1.phyſi.&.3.meta.cõmen.3.

Primus Phs declarat perfecte ſubam materiæ quæ ſit per cõparationem eius ad oẽs differẽtias entium inquãtũ ſunt entia.1.phyſi.cõ.ultimo.idem.7.meta.cõ.5.&.9.&.12.meta.cõmen.1.5.&.6.Ex quo patet ꝙ prima & abſoluta notio materiæ pertinet ad diuinũ,ut dixit etiam luciſiſſimus Themiſtius in digreſſione de potentia & priuatione materiæ in primo phyſi.

Primus Philoſophus non poteſt declarare naturam.2.phyſi.cõmen.3.

Primus Philoſophus poteſt contradicere negantibus naturam eſſe.ibidem.

Primus Philoſophus contradicit opinionibus inductis de primis principiis.ibidem.

Primi motoris duæ ſunt ꝓprietates,& ꝙ in mouẽdo nõ mouet̃,& ꝙ ſit primũ oĩum rerũ.2.phyſi.cõmẽ.& tex.74.inde patet Deũ mouere ut efficiens,& nõ ſolũ ut finis,contra multos.

Primũ principiũ materiale potuit declarari ante diffinitionem motus & accidentia motus, ſed non primus motor.3.phyſi.cõmen.1.Vide in concordantiis.

Primum quandoqꝫ ſumit̃ prout eſt ſynonymũ ei quod eſt per ſe,& quãdoqꝫ ſumitur magis ꝓprie uidelicet ut diſtinguitur contra per ſe,quia in plus eſt per ſe q̃ primũ, ut dicit Cõmen.in.2.phyſi.cõmen.3.diſtinctio habetur.5.phyſi.cõmen.3.

Primum in trãſlatione eſt locus q ſeqtur locũ,ex quo mouet̃ res mota.6.phy.com̃.32.

Primũ in generatione & corrup.eſt minima pars q̃ poteſt inueniri de generato.6.phy.cõ.32.

Prima magnitudo rei generatę ex partibus diuerſis bene datur,ſed non dat̃ prima magnitudo,ex generato,ex magnitudine in qua incepit generatio/nec dat̃ prima magnitudo,quia non datur magnitudo quę ſit prima à qua incepit generatio.6.phyſi.cõmen.59.

Primũ principiũ ſophiſtarũ eſt aſſimilare ſenſibilia uera ſenſibilibus falſis.8.phy.com̃.24.

Primum principiũ non ꝯſtituitur p ſubiectũ quod mouet̃ ab ipſo, ſed ècõuerſo ſubiectũ cõſtituit̃ per ipſum.8.phy.cõ.52.idẽ.1.&.2.cap.de ſuba orbis,&.1.phy.cõ.63.2.cœli.cõ.3.non intelligit̃ corpus cœleſte conſtitui per primũ principiũ tãq̃ formã formaliter ꝑficientẽ ip̃m,ut intellexerũt quidam,quia ut ſcribit Cõmenta.in.3.cap.lib.de ſubſtãtia orbis/orbis non indiget in ſuo eſſe forma, ſed dicitur ꝯſtitui in diſpoſitionibus neceſſariis,ſicut in corpore hominis, & in corpe facto ꝓpter finem,indiget enim aĩa mouẽte ip̃m in loco ſemper & largiẽte ſibi ꝑmanentiã æternã,ſicut largit̃ ſibi motũ æternũ, unde bene depẽdet ab ipſo ſicut à fine,& ab efficiente natura nõ tẽpore ꝑcedẽtę ipſum,unde in libro deſtru.diſpu.4.in ſolu.ſcđi dubii.exp̃ſſe dicit ꝙ corpus cœleſte nõ indiget in ſuo eſſe aĩa nec in ſua ꝯſeruatione ꝑpetua,ſicut ĩdigẽt aĩalium corpora,ſed ĩdiget ut ſit animatũ, quia id qđ eſt nobilius,oportet ꝙ habeat nobiliorẽ gradũ,ſed aĩatũ eſt nobilius inanimatis.& fuit iſta etiam rõ Alexã.& ante ipſos fuit ratio Ariſt.in.2.cœli.in tex.cõ.61.inquit,ſed nos ut de corporibus ipſis ſolũ & unitatũ ordinẽ quidẽ habẽtibus,inaĩatis autẽ omnino ꝑquirimus,oportet autẽ tanq̃ ꝑticipantibus exiſtimare actione & uita,ubi clare Ariſt.teſtat̃ corpora cœleſtia aĩata eſſe,ſed ibi non eſt alia aĩa q̃ illa q̃ eſt principiũ praxis.i.actionis & uitæ, praxis enim nõ eſt niſi in hñtibus intellectũ,intellectus aũt nullius corporis actus eſt,unde mirũ eſt per uitã meam qũo iſti poſſunt imaginari intelligentiã informare & actuare corpus:cũ hoc repugnet ĩtellectui,q̃tenus intellis eſt, ſed cauſa erroris fuit,quia aſſerũt nullã eſſe formã quæ formalr̃ nõ informet,unde ſic etiam tenẽt de intellectu hoĩs in uia Auer.& Ariſto.dicũt enim non inueniri formã ſeparatã quę extrinſece ꝑficiat ſolũ dando operationẽ & motũ,ſed hoc fundamẽtũ eſt falſum apud Ariſt. & apud Auer.nã tunc fruſtra Ariſt.inqſiuit in.2.de aĩa, utrum aliq̃ anima/aut ps aĩæ eſſet actus, ſicut nauta nauis. ¶ Amplius Cõmen.illã diſtinctionẽ manifeſte ponit in.12.primę phĩæ/in com̃.37.inquit enim ꝙ ꝑfectionum/ꝓpter quas mouet̃ perfectũ,quædã ſunt q̃litates quibus ꝑficit̃ illud quod mouet̃,ut illud quod mouet̃ ꝓpter ſanitatẽ,& q̃dam ſunt ſubſtãtiæ extrinſecę à re q̃ mouetur ad eas,ut aſſimiletur eis,ut ſunt oẽs actiones ſeruorũ, qm̃ ſunt erga genera intentionũ domini ſui. ¶ Amplius Cõmen.in prima diſpu.ꝯtra Algazelẽ in ſolõne ultimi dubii.inqt.dicimus nos ꝙ ad hoc reſpondẽdum eſt/uidelicet ꝙ non eſt impoĩe reperiri ꝑfectiones ſeparatas ſimiles diſpoſitionibus q̃ ſeparãtur à ſubiecto,ut nauta à naui,& artifex cum ſuo inſtrumẽto,& loqtur ibi apte de intellectu hoĩs & ĩmorari amplius in hoc eſt ſuperfluũ,quia late alibi ſcripſimus. ¶ Dicamus igitur ꝙ cum intelligentia prius natura uniat̃ orbi q̃ accidẽtia eius,oĩa accidentia ſunt terminata ibi,& ſic intelligẽtia cũſtituit ſuũ ſubiectũ in diſpoſitionibus neceſſariis quantũ ad motũ,& indiget orbe,ut ex ip̃a fiat

unum aīatum q̃tum ad appetitū & motū,ut.d.Cōmen.in fine primi cap.de ſuba orbis,neutra aūt operatio indiget formali inhęrentia & actuatione,qa intelligētia appetit per eſſentiā & mouet per ſuum intelligere & uelle,& non mouet manu aut pede, nec indiget uillis aut ligamentis,ut ſuū mobile moueat,ſicut eſt de anima corruptibiliū,& hoc iſti non attingunt.

Primus Phs debet deſtruere uerba oīum ſophiſtarū, quorū ſapientia eſt negare prima principia & deſtruere ſapientiam.1.cœli.com̄.78.cōſimile.1.phy.cōmen.8.&.3.cœli.cōmen.4.

Primę ɔtrarietates q̃ ſunt ſm tactū ſolū elntum ɔſtituūt.2.de generatione & corrup.tex.cō.7.

Prima cognita à nobis naturaliter in quolibet genere entiū ſunt,ſicut locus ianuę in domo quē nullus ignorat.2.meta.cōmen.primo & tex.⁋ Aduerte tamē ꝙ Alex.locū illū aliter interp̄tatur iuxta prouerbiū antiqtus celebratū,In foribus quis delinquet? & tu uide ſi placet.ſat mihi fuerit te reddere cautum circa hoc.Cōmen.autem exponit hoc de principiis,& etiam ſatis ſuſtentari poteſt ex poſitio eius,ſed Alexander de tota ſcientia.

Prima philoſophia cōſiderat de dignitatibus & propoſitionibus cōmunibus omnium ſciētiarum.4.metaphyſi.tex.cōmen.7.& cōmen.8.

Prima philoſophia cōſiderat de prima ſuba.4.metaphy.tex.cōmē.7.ubi Cōmen.per primā ſubſtātiam exponit principiū ſubarum,& eſt Deus,& ſcia naturalis nō eſt iſta ſcia,qa nō cōſiderat de primo ente,primū autē hic eſt illud qd̄ eſt prius nobilitate & cauſalitate.quod qūo ſit intelligēdum, uide Auer. in cōmē.ultimo ſup primo phy.& in com̄.26.& in.2.phy.& in com̄.3.8.phy.hoc enim locum habet quo ad quid eſt,ſed quo ad ſi eſt,pertinet ad naturalem.

Prima philoſophia habet poſſe in cognoſcēdo principia cognitiōis & ordines eorū inquantū cognitio eſt & non inquātum ſunt principia alicuius cognitionis.4.meta.tex.cōmen.8.

Prima principia elenchice ꝓbari poſſunt,non demonſtratiue.4.meta.tex.cōmen.9.

Primū principiū eſt ꝙ oppoſita nō poſſunt eē ſimul,& ſine hoc principio impoſē eſt philoſophari, & ita eſt de aliis principiis cognitionis ſimilibus huic, ut ꝙ dictiones hn̄t ſignificationes terminatas,& ꝙ diffinitiones ſunt neceſſarię.4.metaphy.tex.cōmē.9.& ibidem Cōmen.dicit,ꝙ iſta dignitas eſt prior omnibus dignitatibus & cōmunis naturaliter omnibus, & impoſſibile eſt,ut ratiocinatio,aut diſpoſitio ſit ſine illa.

Prima phia primo & principalr̄ cōſiderat de principiis entis inquātū ens.5.meta.com̄.primo.

Primo non exiſtēte poſterius non erit nec ècontra.1.metaphy.tex.com̄.10.

Primus motor impoſſibile eſt, ut declaretur niſi per ſignum naturale.2.phyſi.cōmen.22.& primo phyſic.cōmen.ulti.

Prius naturalr̄ eſt quod pōt eē ſine aliis,& alia nō ſine eo.5.meta.in cap.de priori,&.4.phy.cō.7.

Prius ſubſtantia neceſſe eſt ſubſtātiam eſſe.12.meta.tex.cōmen.43.

Prius & poſterius nō poſſunt eē,ſi tēpus non ſit.12.meta.tex.cō.29.&.8.phy.tex.com̄.10.

Prioritas totius ad partes eſt prioritas formę ad materiā, & prioritas partiū reſpectu totius eſt prioritas materię ad formā,& ideo totū magis p̄cedit ptes q̃ partes totū.7.meta.cōmē.35.⁋ Collige ex hoc ꝙ licet materia p̄cedat formā uia generationis,& forma materiā uia perfectionis,ut patet in.9. primæ philoſophiæ,tex.cō.15.ſimplr̄ tamē forma magis p̄cedit materiā q̃ materia formam. Nota.

Prioritas qualitatis eſt prioritas formæ,& prioritas partiū quātitatis eſt prioritas materię,& totum eſt prius parte prioritate formę.7.metaphyſi.cōmen.35.

Prioritas poteſt eſſe in eodem genere.12.meta.contra Alexan.cōmen.2.

Prioritas in dignitate in his quæ ſunt in eadem ſpecie ſemper eſt cū cauſalitate unius ad alterum,in paraphraſi meta. tracta.4.col.7.ubi oſtendit quomodo primus motor qui mouet motu diurno præcedit in nobilitate alios motores.

Prioritas duplex,alia ſm potētiā,ut dimidiū toto,& pars toto,& materia forma,alia ſm actū,ut totū dimidio & totum ptibus,& forma materia.5.meta.in cap.de priori,& eſt in tex.com̄.16.

Priora ſm naturam atq; ſubſtantiā ſunt quæcūq; ſine alia eſſe contingit,& illa nō ſine illis.5.meta. in cap.de priori.uide in Theorematibus quomodo ſit intelligēdum.

Prioritas ſm uirtutē & poteſtatē,ut dominus eſt prior ſeruo.5.meta.ibidem.

Prioritas ordinis eſt in his quæcūq; ad unū aliqd determinatū diſtant ſm rōnem.ibidem.

Priora ſunt priorum paſſiones.ibidem.

Prius tempore aliter eſt reſpectu præteriti,& aliter reſpectu futuri.5.metaphy.tex.cōmen.16.idem 4.phyſi.tex.cōmen.126.

Prius cognitū apud intellectū eſt illud quod eſt magis uniuerſale.1.phy.com̄.48.&.49.ſicut prius

cognitum apud ſenſum eſt particulare.idem.1.phyſi.tex.cōmen.4.
Prius & poſterius prius ſunt in magnitudine,& ideo ſunt in motu,& quia ſunt prius in motu,ideo reperiuntur in tempore.4.phyſi.cōmen.99.
Prius & poſterius quæ ſunt in motu habent aliam quidditatem à quidditate motus,licet ſint unū in ſubiecto.4.phyſi.cōmen.99.&.110.
Prius & poſterius in motu ſi ſumanť,ut ſunt unū ſubiecto cū motu ſic ſunt partes motus, ſi uero ſumātur,ut differūt ſm diffinitionē,ſic prius & poſterius erunt aliud à motu.4.phy.cō.99.
Prius & poſterius ſunt accidentia tempori ſicut par & impar in numero.Themiſt.4.phyſico.115.& habetur ibi tex.115.
Prius & poſterius in magnitudine ſeu loco differūt à priori & poſteriori in motu,qa in magnitudi ne hñt ſitū & permanētz in motu nequaq̄.4 phy.com.99.& Themi.ibidem ſuper tex.102.
Prius & poſterius prius ſunt in magnitudie & ſpacio q̄ in motu,& prius in motu q̄ in tēpore.qūo intelligatur,uide in.4.phy.digreſſionē Themiſtii,in tex.132.ꝙ intelligiť in motu locali.
Prioris naturaliter diſpoſitio eſt ꝙ cum fuerit aliud ipm eſſe & nō ècontra.5.phyſi. cōmen.33.& in 5.metaphyſi.in cap.de priore,& in prædicamentis.
Priores res in eſſe ſunt ſimul tēpore,& ſunt ęterne/primo cœli.com.14.&.16.idē in.2.caplo de ſub/ ſtantia orbis, & aduerte ꝙ Auer.in cōmen.iſto.104.primi de cœlo aſſeruit non dari tertium mo/ dum prioritatis.uide in concordantiis.
Prius ſcd̄m ſubſtantiam debet eſſe prius ſcd̄m accidētia ꝯſitia ſubſtātiam.2.cœli.cōmen.22.
Prioritas ſm unitatē & ſimplicitatē eſt alia à prioritate ſcd̄m diffōnē & numerū.2.cœli.com.25.
Prioritas perfectionis eſt magis propria omni alia prioritate.2.cœli.cōmen.25.
Prioritas ſcd̄m naturam eodē mō reperiť in rebus æternis,ſicut & in generabilibus,ꝑterquā ꝙ in generabilibus q̄ ſunt priora naturaliter,ultra in eis reperiť prioritas tēporis.2.cœli.cō.104.idē in 2.cap.de ſubſtātia orbis,&.1.cœli.cō.105.&.106.contra negātes Deum eſſe cauſam in triplici gene/ re cauſæ,unde in eodē cōmē.104.clarius ſubdit ꝙ cauſata eodē mō neceſſitatis ſequūnť ſuas cau ſas in rebus generabilibus,& in rebus æternis,ꝑterquā ꝙ in æternis iſta neceſſitas ſemper fuit & ſemp erit,ſed in generabilibus illa neceſſitas eſt ligata cū tēpore eſſentiæ cauſę tantū.ſ.cum cā fue rit ut ſit cauſatū,& hoc ligamētum qđ eſt inter cauſas & cauſata,eſt manifeſtius in generabilibus apud nos q̄ in rebus æternis.Et ideo forte utiť in æternis ad inducēdum certitudinē neceſſitatis, quæ eſt inter cauſas & cauſata.ſ.ponēdo eas generatas,cū hæc neceſſitas ſit manifeſtior inter cau/ ſas & cauſata in generabilibus.⁊ Exeat nūc Ioan.ille de Bacco.& Grego.Ariminē.& dicāt Ariſto.& Cōmen.nō uidiſſe alium modū ꝓductionis in genere cauſæ efficiētis niſi illū qui ſit in tēpore,pa tet enim quod iſta authoritas non recipit gloſam,qa Cōmen.defendit Ariſt.ab argumēto Themi ſtii in hoc caſu,ſicut ſciunt qui itelligūt,unde in eodem cōmē.clarius Cōmētator ad cōfuſionem iſtius opinionis,ſubdit ꝙ generatū & non generatū nō differūt in neceſſitate quæ eſt iter cauſam & cauſatū,uerbi grã/ꝙ ſi domus eſſet æterna,neceſſario cauſæ eius eſſent ęternę,uidelicet lapides & lateres eſſent ęterna.manifeſtū eſt autē ꝙ ſi cauſæ materiales domus eſſent æternę, multo ma/ gis cauſæ efficiētes,quia non pōt itellectus imaginari domū eſſe ab æterno lateribus exiſtentibus ab æterno,ſi cauſa efficiens domus nō fuerit ab æterno,qa ut dicit Ariſt.in.12.primę philoſophię. in tex.cō.30.non enim materia ipſa ſeipſam mouebit,ſed tectonica.& in.2.phy.tex.cōmē.70. ma/ teria non coincidit cū aliis cauſis.Et confirmať qa.2.phyſi.tex.com.72.&.1.de gene.& corrup.tex. com.14.cauſæ generatiōis pcipue ſunt materia & motor.ſi igitur domus generatio ab æterno ꝑ/ ſupponeret materiā æternā,igiť & agens æternū,imo magis agens,quia.3.de aīa.tex.com.17. ubi eſt dare paſſum/ibi eſt dare agens.etiā hoc patet,ex.9.meta.tex.cō.2.ubi potētia actiua diffiniť ꝑ paſſiuā & ecōtra,unde Cōmē.cōtra Auic.& Alex.in.8.phyſi.79.& in.2.cœli.cō.71.& in.12.meta. cōmē.41.habet ꝙ nihil eſt poſſibile ex parte paſſi,quin ſit poſſibile ex parte agētis & ecōtra,imo magis uidetur domus generatio dependere à cauſa efficiēte q̄ à cauſa materiali,quia.3.de aīa.tex. com.19.ſcribit Ariſt.ꝙ ſemp honorabilius eſt agēs patiēte,& principiū materiaz ubi principiū ſup ponit pro cauſa efficiēte in ꝓpria ſignificatione,ut gloſant Alex.& Cōmen.1.phyſi.ſuper tex.1.ſic igitur habes locum clarum pcipue in uia Auer.ꝙ æterna ſine iplicatione cōtradictionis poſſunt habere cauſam efficientem ab æterno,cuius oppoſitum iſti tenent.prætereo multas eius alias au thoritates in libris deſtructionum contra Algazelem,quæ ad idem faciunt.
Prioritas ſcd̄m ſubiectū & materiā eſt prioritas ſcd̄m naturā.2.de genera.& corrup.com.7.Vbi ani/ maduerte ꝙ prioritas eſt duplex/una ſcd̄m formā ſeu finē/alia ſm ſubiectū ſeu materiā, & utraq;

eſt

eſt prioritas naturæ in ſuo genere/licet ſimplr̃ loquendo prioritas naturæ quæ eſt ſcd̃m formã & finem ſit abſolute prior,ut patet.9.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.13.ubi ꝓbatur ꝙ actus ſimplr̃ eſt natura prior potentia,materia autem eſt radix potentiæ & forma actualitatis.12.metaphy.cõ. 26.potentia reducitur ad materiam,& actus ad formam.

Prius natura eſt ꝙ cũ auferť,auferť aliud & nõ ècõtra.1.meta.cõ.4.&.5.meta.cap.de priori.

Prius ſm̃ diffinitionẽ non debet eſſe prius natura ſcd̃m eſſe.1.meta.cõmen.4.

Principiũ tẽporale aliud eſt à principio magnitudinis.2.cœli.cõ.13.idem.1.phy.tex.cõ.23.

Principium prioris prius eſt .2.cœli.tex.cõmen.112.

Principia quãuis magnitudine parua ſint,tamẽ facultate ſunt magna, hoc eſt enim principiũ eẽ,ut ipſum quidẽ ſit cauſa multorũ,ſed ipſius nulla ſit ſuperior cauſa.Ariſt.in.5.de generatio.aĩalium. cap.7.uide Auer.in.3.de anima.cõmen.4.

Principium in rebus ĩmobilibus quidditas eſt.Ariſto.in.2.de generatione animalium.cap.4.ultra dimidium capituli.idem habet Cõmen.primo phyſi.com̃.1.ubi dicit/ꝙ ſcientię mathematicæ de/ monſtrant ſolum per genus cauſæ formalis.

Principio exiguo immutato multa ex his quæ à principio ſunt,immutari ſolent,ex primo de gene ratione animalium.cap.2.

Principium habẽs habet & finem/& dicere aliquod principiatũ ſinę fine falſum eſt.Ex libro deſtr. diſputatione ſcd̃a/in ſolutione primi dubii.

Principium naturaliter mouens duplex eſt, ſed alterum tm̃ naturale eſt,alterum quũ non habeat intra ſe principium motus,neq; naturã:hoc autem eſt cauſa rerum inducens ĩmobilis ipſa & pri/ ma rerum omnium.Themi.2.phyſi.72.&.habetur in tex.

Principiũ quidẽ & primũ entiũ eſt ĩmobile & ſm̃ ſe & ſm̃ accñs.12.primę phię.tex.cõ.43.

Principia omnium entium non ſunt contraria,quia principia corporũ cœleſtiũ contraria non ſunt. 12.metaphyſi.tex.cõmen.53.contra antiquos.

Principale & ſumptum.i.abſtractũ & concretum differũt:quia ſumptũ ſignificat illud quod ſigni/ ficat principale & magis,uita enim ſignificat aliquid nõ in ſubiecto.Vnum autẽ ſignificat aliquid in ſubiecto.ſ.formã in materia & habitum in ſubiecto.12.meta.cõmen.39.

Principium generationis eorum quę non generãtur à ſibi ſimili eſt ſol & orbis decliuis,ſed princi/ pium generationis eorum quæ à ſimili generanť eſt non tm̃ principium ſimile in ſpecie,ſed cum ſole & orbe decliui,& ideo Ariſt.dicit/ꝙ ſol & homo generãt hominem.12.metaphyſi.cõmen.40. &.13.&.18.idem.7.metaphyſi.cõmen.31.

Principium eſt pfectius principiato.12.meta.cõmẽ.& tex.40.Vide in Theorematibus,quia fallit in principio materiali,& ſm̃ aliquos etiam fallit in forma,fallit in agente uniuoco.

Principia oĩum decem p̃dicamentorũ ſunt eadem ſm̃ proportionẽ.12.meta.tex.com̃.22.

Principium & elementũ differũt inter ſe.12.primę philoſophiæ.tex.cõmen.23.ubi Cõmen.notat in cõmen.ꝙ principium dignius eſt,ut dicať de cauſis extrinſecis, elementũ autem de cauſis intrinſe cis,idem primo phyſi.cõmen.1.&.5.metaphyſi.cõmen.4.

Principium eſt aliud ab eo cuius eſt principium, & mouẽs eſt aliud ab eo quod mouetur ab eo.12. metaphyſi.tex.cõmen.23.

Principia ſubiecti ſciæ non poſſunt in ſciã demonſtrari demõſtratione ꝑpter quid,ſed bene demõ/ ſtratione ſigni.12 meta.cõmen.5.& in.2.phy.cõmen.22.cõtra Auicẽnam.

Principia ꝓpinqua decẽ p̃dicamentorũ neceſſe eſt eẽ diuerſa.12.primæ phiæ.tex.com̃.21.

Principia ꝓpinqua in oĩbus ſubſtãtiis nõ ſunt eadẽ,ſed formæ ſimpliciũ ſunt alię à formis compo/ ſitorum,& materiæ eorum ꝓpinquæ ſunt aliæ à materiis iſtorũ.12.meta.cõmen.22.

Principium quodlibet eſſendi eſt principium numeri,& principium numeri eſt principium eſſen/ di.10.metaphyſi.cõmen.7.

Principiũ diciť de exiſtenti in re,& de exiſtẽti extra rem, cauſa uero diciť maxime de cã agente & fi/ ne,& quãdoq; diciť de cauſis quatuor,elementa uero non dicunť niſi de cauſis exiſtentibus in re. 8.meta.cõmen.2.Vide in concordantiis nuper editis

Principia ſubſtãtiæ naturalis.i.mobilis aliter cõſiderãtur in ſciã naturali, & aliter in ſcientia diuina. Cõmen.7.meta.com̃.5.uide ibidem cõmen.9.&.12.metaphyſi.cõmen.1.5.&.6.

Principiũ ꝑationis eſt finis cognitionis & ècõtra.7.primæ phiæ.cõmen.23.idem.2.phy.cõ.29.

Principium omne terminus eſt,ſed non omnis terminus eſt principium.5.metaphyſi.tex. cõmen. 22.in cap.de termino.

Principium cauſa & elñtum ſumũtur cõmuniter & proprie.primo phy.cõmen.1.

Principium ꝓprie ſumitᷣ pro cá agéte & mouéte.ibidem.rõ eſt/quia de rõne principii eſt primũ eé.5.meta.& quia ſcd̃m eſſe reale p̃cedit agens formá & finem,ſimilr̃ agens ƀm naturá & perfectioné eſt prius materia.3.de aía.tex.cõmé.19.ideo principiũ in ꝓpria ſignificatione ſupponit ꝓ cá agente & mouente,quę aũt ſit differétia inter agés & moués,requiratᷣ in primo de generatiõe & corrup.in tex.cõmé.43 ☞ Nota tamé unũ ex ſnĩa Eudemi referéte Simplicio ꝙ oés antiqui uſq; ad tépora Platonis noĩe principii ĩtelligebát materialia prĩcipia,& hoc teſtatᷣ ante ip̃m Ariſt.in.1.phy.in tex.cõmen.48.oés.n.elñta & ab ipſis uocata principia.Ná Plato fuit primus q talia elñta nũcupauerit.

Principium aliud téporis/aliud magnitudinis.1.phyſi.tex.cõmen.23.

Principiorũ tres ſunt conditiones.1.phyſi.tex.cõmen.43.

Principia oportet ſemꝑ manere.1.phy.tex.cõmé.50.& pondera ibi expõné Auer.contra ponentes formam corporeitatis ſubſtátialé coęterná in materia & inchoationé formarum.

Principium ſubſtátiæ eſt ſubſtantia.1.phy.cõm.52.idem.12.meta.cõmen.22.

Principiũ doctrinæ in libro phyſicorũ/eſt à ſcd̃o tractatu.1.phy.cõm.ultimo.

Principium motus in corporibus cœleſtibus & aliis dicitur ferè æquiuoce.2.phyſi.cõmen.primo.&.3.primo cœli.cõmen.5.&.2.cœli.cõmen.3.

Principium tranſmutationis in ſimplicibus eſt aliud à principio in cõpoſitis reſpectu alterationis & augumenti.2.phyſi.cõmen.primo/quia in ſimplicibus reſpectu alterationis & generationis eſt ſecundum materiam in compoſitis ſecũdum formam.

Principium in cogitatione eſt finis in operatione, & finis in cogitatione eſt principiũ in operatione.2.phyſi.cõmen.89.idem.7.meta.tex.cõmen.23. Vbi nota ꝙ iſta diſtinctio de duplici principio habet locum in artibus ſeu ſentétiis operatiuis,non auté in ſpeculatiuis, ut dicit Ariſto.in.2.phyſi.in tex.cõmen.89.ibi enim actiones non ſunt.

Principium perſcrutationis naturalis eſt præponere ſermones dialecticos ſermonibus demonſtratiuis.4.phyſi.cõmen.51.

Principia ſcientiarũ particulariũ ꝓbátur à duabus artibus uniuerſalibus.ſ.à topica & à diuina,ſed topica remouet errores ↄtingentes circa ipſa ꝑ dicta famoſa,q̃re non erimus tuti quin accidat in eis falſum,diuina uero ꝑ dicta uera,& ſi accidat etiam ꝙ illa dicta ſint apparentia ſeu famoſa.ex paraphraſi metaphyſi.Auer.tractatu primo/cap.primo.

Principium ꝑſcrutationis utrũ aliquod ſimplex ſit/aut non ſit/eſt q̃rere quid ſignificet nomé eius.4.phy.tex.cõm.57.idem ibidem cõmé.50.& in principio ſecũdi poſteriorum.

Principia ſciétię naturalis ſunt alia cognitionis/alia cognitionis & eſſe.principia cognitionis ſunt,ut plura entia eſſe,& mobilia. principia cognitionis,& eſſe ſunt, ut plura entia hr̃e in ſe cás motus & quietis /diſtinctio iſta eſt Auer.in.1.phy.cõmé.8.&.3.meta.cõ.2.unde iſta diuiſio datᷣ per mébra oppoſita,& debet ĩtelligi cum p̃ciſione,ut ſit ſenſus ꝙ prĩcipiorũ quędá ſunt cognitionis tm̃,quędam aũt ſunt cognitionis & eé ſimul. Vnde Io.de Gandauo qué ſequũtur moderni in.q.7.ſuper primo phy.grauiter errauerũt uolentes ex mente Auer.in illo loco colligi tria principia/uidelicet cognoſcédi tm̃,& talia ſunt q̃litates ſenſibiles q̃ ſunt principia cognoſcédi ſubſtátias naturales principiũ eſſendi tm̃,ut eſt prima materia,et primus motor:q̃ licet ſint prĩcipia eſſendi in ſuo genere, non tñ ſunt principia cognoſcédi,& tertiũ eſt principiũ cognitionis & eé ſimul,ut eſt forma.Nam Auer.& Ariſto.ut patet ibi nõ loquũtur de principiis incõplexis,ſed de cõplexis,q̃les ſunt dignitates & diffinitiones,& ſuppoſitiones,qbus utũtur ſciæ, unde de talibus habet locũ dictũ Ariſto.& Cõmen.☞ Amplius aũt dicere materiá primá eſſe principiũ eéndi rerũ naturaliũ, falſum eſt apud ueros Peripateticos,licet enim materia prima ſit pars eéntialis cõpoſiti,quia ꝑtes ſubæ ſunt ſubæ, ut dicitur in.2.de aĩa . non tamé dicimus ꝙ materia eſt principiũ eſſendi cõpoſiti,ĩmo forma/quia forma eſt per quá eſt hoc aliqd,ut dicitᷣ ibidé,unde lucidiſſimus Themi.in.2.de anima.iuxta principium iſtũ locũ diligenter ꝑſcrutatus dixit/ꝙ tametſi materia & forma ſint ſubæ & partes cõpoſiti:illud tamé diſcrimé debere intelligi aſſeruit inter materiá & formá,qa res à materia habuerũt, ut fierent, à forma ut eſſent,& hoc ſatis rõnabiliter & Peripatetice dixit, nam materia eſt ex quo ſit aliquid,ut inexiſtente.1.phyſi.tex.cõm.81.Forma aũt eſt per quá eſt hoc aliqd.2.de aĩa.tex.cõm.2.& infra:tens & unũ cum multiplr̃ dicantᷣ,quod uere eſt,actus eſt.tex.cõmé.7.& hoc etiá doctiſſimus Cõmen.aſſeruit.7.primę pħię.cõmé.35.inqt enim materia eſt, q̃ cum fuerit,nõ erit res,forma aũt cum fuerit,erit res. unde ſicut nõ ualet in artificialibus eſt materia lectuli,puta lignũ , igitur lectulus eſt,ſed bene ualet ècõtra eſt forma lectuli,igitᷣ eſt lectulus, ita eſt de materia rerum natu-

ralium & forma,hoc etiã ɔfirmat p̃cipuus Latinorũ Seuerinus Boetius ĩ libro de unitate & uno, ubi dicit/ꝙ oẽ eſſe eſt à forma.Nec ualet gloſa Scoti & ſequaciũ ꝙ hoc ſit uerũ ſolũ de eẽ ſpecifico, quia ĩmediate ſubnectit,ꝙ etiã Peripatetici deſcribentes dixerũt,Eſſe ẽ exiſtẽtia formæ in cõpoſito, & ideo qui dicũt materiã habere actũ exiſtẽtiæ aliũ ab illo per quẽ eſt in effectu.i.in actu rõnẽ formæ multiplicãt entia ſine neceſſitate, qđ eſt cõtra p̃cipuũ ex fundamẽtis poſitis ab Ariſto.nam ubiq; reclamat ꝙ ubi fieri poteſt,unitas eſt p̃ferenda multitudini,& finitas infinitudini,ut patet.1. phyſi.41.Et in lib.de ptibus/& de generatione aĩalium frequẽter. Aliud igĩ eſt materiã eſſe ptem eſſentiæ ſeu ſubæ cõpoſiti,aliud ꝙ ſit eſſendi principiũ. Si inſtet,ſi materia eſt pars eẽntię,igĩ materia eſt eſſentia,igĩ cum eſſentia ſit,qua aliqd eſt per Beatũ Auguſtinũ in libro de Trini.ſicut ſapientiæ ſapere/& iuſtitiæ eſt iuſtũ eſſe,ſic eẽntiæ eſt ipm eſſe:Dicerent ueri Peripatetici ꝙ illud eſt uerum de eſſentia in actu,q̃lis eſt forma,fallit de eẽntia diminuta, & in potẽtia ſicut eſt eẽntia materiæ,unde Cõmen.in.2.phy.com̃.12.ſcribit ꝙ ſi materia eſſet ſecluſa oĩ forma, tũc quod nõ eſt in actu,eſſet in actu,ubi patet ꝙ illa ɔſequẽtia nullo mõ deduci põt, ſi materia de ſe haberet ꝑprium actũ exiſtẽdi,ſi igĩ de ſe nõ exiſtit,nõ põt eẽ principiũ exiſtẽdi alteri. ¶ Paulus etiã Venetus hallucinatur ibidẽ,dicit enim ꝙ principia cognitionis eſſe dignitates q̃ uirtualiter ingrediũtur demonſtrationem,ſed prĩcipia cognitionis & eẽ ſunt q̃ formaliter ingrediũtur,ut motũ eſſe eſt principiũ cognitionis tm̃,ſed nec hoc uerũ,quia principia cognitionis poſſunt ingredi, ſaltẽ demõſtrationẽ ſigni.ſicut hoc principiũ ꝙ q̃dam quæ natura ɔſtant,mouẽtur : eſt principiũ cognitionis,& tamẽ ex hoc Phs demõſtrat primũ motorẽ eſſe abſtractũ à magnitudine, ut patet in.8.phy. ¶ Dicamus igitur nos ꝙ principia cognitionis tm̃,& principia cognitionis & eẽ ambo ſunt cõplexa, & ſunt ꝓpoſitiones ĩmediatę & per ſe notę in ſcĩa naturali,ſed in hoc eſt differentia, qa illę ꝓpoſitiões ſunt principia cognitiõis tm̃,quæ ſunt ex effectibus rerũ naturaliũ,& ſunt euidẽtes ꝑ ſe quo ad noſtrã primam cognitionẽ naturalẽ,ut motũ eſſe,ut pluralitatẽ entiũ eſſe & mobilia eẽ. Sed principia cognitionis & eẽ ſunt ꝓpoſitiones per ſe notę ex cauſis formatę q̃ ſunt euidẽtes quo ad naturã:ſicut eſt iſta de q̃ Cõmen.exẽplũ apponit/plura entia habere in ſe cauſas motus & quietis,nam quid eſt habere in ſe cãm motus niſi naturã quę eſt principiũ motus & q̃etis? natura aũt eſt principiũ eẽndi & cognoſcendi rerũ naturaliũ,ut clarũ eſt,nã ſicut qdditas artificiati eſt ab arte & forma artis,ſic quidditas naturati eſt à materia.2.phy.com̃.13.ſimilr̃ natura eſt principiũ à priori cognoſcẽdi res naturales,ut patet.Sed plura entia eẽ aut motum eſſe:Iſtę ſunt ꝓpoſitiones immediatę & per ſe notę de effectibus rerum naturalium, multitudo enim & motus ſunt effectus principiorum naturalium, ut clarum eſt, & iſtę ſunt notę ad ſenſum, & ideo Ariſto. illas inductione declarauit, ut patet in primo phy.tex.cõmẽ.11.inqt enim,ſubiiciat autem nobis aut omnia/aut quædam moueri eorũ q̃ natura ɔſtant,manifeſtũ aũt ex inductione,quia autẽ effectus eſt principiũ cognoſcẽdi & inferẽdi ſuã cãm tantũ,ideo ꝓpoſitiones per ſe notę de effectibus quo ad nos dicũtur principia cognitionis tm̃,qa per illas demõſtratione ſigni poſſumus ſuas cauſas demõſtrare ſi illę latuerint. & iſte eſt uerus itellectus,quẽ nullus uſq; ad mea tẽpora uidit/ſit laus Deo. Si inſtet cõtra illud ꝙ materia ſit principiũ eſſendi per Phm̃.7.meta.22.&.53.qa materia eſt per quã res põt eſſe & nõ eſſe, dic ꝙ illa authoritas facit ꝑ nobis,quia aliud eſt materiã aliqd eẽ, aliud eſt ꝑ materiã aliquid poſſe eſſe,quia poſſe eſſe pertinet ad fieri.& ideo lucidiſſimus Themi.in aurea digreſſione de potẽtia & priuatione materiæ dicit/ꝙ nomẽ materiæ reſpicit futura,nomẽ ſubiecti reſpicit p̃ſentia, nã lignũ ex quo ſtatua fieri põt,recte materia ſtatuæ dici põt,ſed lignũ iam figuratũ & habẽs formã ſtatuæ dicitur ſubiectũ.materia igĩ eſt ſubiectũ potens recipe eſſe à forma,& eadẽ eſt potens recipere nõ eſſe à priuatione,& ſic dicĩ cauſa contingentiæ & contradictionis.

Cõtra Scotũ.

Contra Paulũ Venetum.

Principiorũ non eſt altera cauſa,ſed perpetua ſunt.8.phyſi.tex.cõmen.15.

Principia æterna ſi haberent actiones nouas,digniora ſunt, ut habeant principia q̃ actiones principiorum non æternorum.8.phyſi.cõmen.15.

Principium ſi remãſerit unũ,neceſſario remanebit illud cuius eſt principiũ.8.phy.tex.com̃.52.

Principium uirtute maius q̃ magnitudine.q̃propter quod in principio modicũ,in fine fit multum magnum/primo cœli.tex.cõ.33.ideo authoritate Platonis maximus ſermo haberi debet ĩ prĩcipiis, ut refert Cõmen.in.3.de aĩa.cõmen.4.ex eodem tex. allegari ſolet ſub aliis uerbis ꝙ paruus error in principio maximus fit in fine.

Principiorum ſermo eſt ſermo de omnibus in potentia.ſ.primo cœli.cõmen.33.& ideo principiorũ maxima ſolicitudo haberi debet.

Principium eſt ꝙ ab eodem agente patitur minus patiens in minori tempore,nedum ꝙ alterũ ſit

finitum,alterum infinitum.1.cœli.cõmen.66.

Principia quæ ſunt in orbibus ſunt uiua,& ſunt principia uitæ,quæ eſt hic.2.cœli.68.cõmen.idem 8.phyſi.tex.cõmen.1.& in principio libri meteororum.

Principia ſenſibiliũ oportet forte ſenſibilia eſſe & corruptibiliũ corruptibilia,ſempiternorũ autem ſempiterna.3.cœli.tex.cõ.61.Vbi aduerte limitationẽ Cõmen.aſſerẽtis illá ꝓpõnem hr̃e ueritatem de principiis rerũ ſenſibiliũ ꝓpinquis & nõ de remotis,quia remota pricipia rerũ ſenſibilium nõ

Cõtra põnentes formã corporeitatis.

ſunt ſenſibilia,ſicut eſt prima materia & prima forma,ubi per primá formá non itelligas formam corporeitatis de p̃dicamento ſubſtátiæ,ut expoſuerũt Groſſipedales,quia illa nõ eſt prima forma quæ eſt in prima materia,ex formis ſubſtátialibus,ſed eſt forma elemẽtalis,ſicut ſcribit Cõmé.12. primæ pħiæ.cõ.11.ubi habet ꝙ prima habilitas quæ eſt in prima materia eſt reſpectu formarum corporũ ſimpliciũ,& idem tenet.3.cœli.com̃.67.Vnde nõ aiaduerterunt iſti ꝙ Ariſt.in.3.cœli.tex. com̃.54.arguẽs contra antiquos ponẽtes ſubiectũ generationis eſſe corpus deducit ad hoc ꝙ túc duo corpora penetrabũt ſe adinuicem,ita ꝙ occupét unũ & eũdem locũ,quia ſubiectũ ex quo aliquid generatur eſt pars rei generatę,& ex ↄſequenti eẽnt in eodẽ loco,& ibidẽ tex.cõ.55. Addũt aliud inconueniẽs ꝙ ſi ſubiectum generationis eẽt corpus, ſeq̃ret̃ aliquod corpus prius eẽ elemẽtis.Ecce ꝙ pro ĩpoſſibili reputat Pħs dari aliquã formã ſubalem priorẽ formis elemẽtalibus. Núc autẽ ſi Ariſt.& Cõmen.tenẽt illã,neceſſe eſt,ut eaſdẽ patiant̃ anguſtias,quas in antiquos deduxerunt,ꝑ primã igit̃ formã intelligas Deũ glorioſum,iſta enim ſunt principia remota ſenſibiliũ,nam omnia ſenſibilia ſunt in potentia in prima materia,& ſunt in actu in primo motore.Primus autẽ motor prima forma & primus finis ſunt eadẽ ſubiecto,& diſtinguunt̃ ratiõe formali,ut patet.12. metaphy.com̃.5.& com̃.6.& iſte eſt mos loquendi Ariſt.& Cõmé.ut per primã formam Deũ glorioſum intelligant,unde.1.phyſi.tex.cõ.ultimi.De primo autẽ pricipio ſcd̃m ſpẽm,utrum unum aut plura/aut quot/aut quæ ſunt per certitudinem primę philoſophiæ opus eſt determinare,uñ quia nihil melius eſt q̃ exponere Auer.per Auerroẽ,Cõmẽtator in ꝓlogo primi phyſi.declarans quomõ ſcia naturalis conſiderat q̃tuor genera cauſarũ.ſ.materiã formã/agens/& finem.deinde dicit ꝙ de primis cauſis ſolũ conſiderat primã materiã & primũ mouẽs,forma autem prima & primus finis à mathematico conſiderantur,ita dicit in cõmen.3.in.3.cœli,& in ſua media expoſitione ſuper primo phyſi.de hoc tamen alibi diffuſe dixi.

Principiũ primũ eſt qđ eſt potẽtia ſenſibile corpus,ſcd̃m aũt pricipiũ ſunt primę ꝯtrarietates.tertiũ uero eſt aq̃ua & ignis,& alia ſimilia.2.de generatione & corruptione.tex.cõmen.6.

Principia ſempiternorũ ſunt eadem genere & numero æqualia & generabiliũ corporum.2.de generatione & corruptione.tex.cõmen.51.Vide in concordantiis.

Principia rerum diuerſarum ſunt diuerſa.1.de anima.tex.cõmen.5.

Principia non ſubſtátiæ ſunt non ſubſtátiæ,ĩpoſſibile enim eſt ſubſtátiam elementum eſſe aliorum prædicamentorum.1.de anima.78.uide in concordantiis.

Principia oportet ſemꝑ manere.1.phyſicæ auſcultationis.tex.cõ.50.Ponderás autem Alexá.locum

Digreſſio de ꝑmanẽtia ſempiterna principio.

iſtũ,ut recitat Simplicius dixit/ꝙ hoc eſt neceſſariũ/pricipia ſemper manere,ſi enĩ fierent pricipia corrũperentur utiq̧,demonſtratũ eſt enim in.1.cœli/ꝙ omne qđ fit corrũpitur, quare corruptis principiis corrũperentur etiã ea quæ ex pricipiis conſtát,& ita deſineret generatio,ſi autẽ hoc eſt incõueniens,oportet igit̃ pricipia ſempiterna manere,unde etiã ſuper hoc Platonis demõſtrationem adduxit de principiis,ſi enĩ pricipia fierent ex pricipiis utiq̧,neceſſe eẽt fieri,& ita nõ erát pricipia quæ poſita fuere eſſe pricipia,unde inqt duplicia ſunt pricipia,q̃dá enim ſunt ueluti p̃exiſtẽtia & ſempiterna ſcd̃m numerũ ſicut efficiẽs & materia,quędam aũt ſcd̃m quæ generatio & corruptio fit,quẽadmodum ſunt pricipia ↄtraria quæ non ſunt ĩgenerabilia,neq̧ ſempiterna ſcd̃m numerũ.¶ Amplius autẽ inqt.ꝙ pluribus exiſtẽtibus pricipiis nõ oĩa principia ſempiterna ſunt, ſed pricipaliſſima,nam pricipia ꝓxima nõ ſunt ſempiterna,q̃re non omne pricipium ſempiternum eſt.¶ Amplius aũt ſubdit ꝙ contrariorũ cũ q̃dam uniuerſalia ſint, q̃dá uero particularia,uniuerſalia aũt ſunt illa ſub qbus ſunt cætera,quẽadmodũ ſunt generaliſſima cõtraria,ut ſunt habitus et priuatio,talia autẽ non corrũpunt̃,uniuerſalia enim ĩcorruptibilia ſunt,& hác opinionẽ etiã recitat Albertus ex ĩtẽtione Auic.& dicit eſſe ueriorẽ prima quã recitauit uide ipſum.Verũtamẽ iſta opinio habet manifeſtã inſtãtiã,qa in hoc primo phyſicorũ nõ q̃runt̃ pricipia extrinſeca ſicut eſt efficiens,ſed pricipia materialia,& ideo dicere ꝙ dictũ Pħi ĩtelligat̃ de primo efficiẽte & de prima materia locũ non habet,ſaltẽ quãtũ ad efficiens.¶ Amplius aũt reſtat dubitatio aduerſus Ariſt.& aduerſus Alexã.qũo cũ ſupius dixerit oĩa cõſtare ex primis cõtrariis,qa oĩs tranſitio eſt de cõtra-

rio in cõtrarium,uel ex medio,uel in mediũ inter ↄtraria ſequit̃ neceſſario talia contraria ꝑmuta ri,unde uidet̃ ꝙ unũ cõtrariũ deſtruat̃ ꝑ reliquũ,& ideo hoc continet maximã difficultatẽ dicere talia ſemꝑ manere,ut dicit Simplicius,& ẽt dñs Albertus in ꝑſenti loco idẽ dicit,unde ſpãliter con tra Alexã.reſtat dubitatio,qa ipſe tenet ꝙ cõtraria quæ ſunt particularia,nõ ſunt numero ſempi/ terna,& tñ Ariſt.de talibus cõtrariis,ſcdm q̃ fit generatio & corruptio,ꝓpoſuit eſſe oportere ſem per manere. Et qđ auget difficultatẽ eſt,quia adhuc nõ oſtẽſum eſt principiũ tertiũ materiale,ſed ſermo Phi ſolũ eſt de pricipiis cõtrariis. ¶ Amplius aũt ſermo Alexã.nõ eſt ſufficiẽs,qa dicit prici/ pia cõtraria eẽ ſempiterna q̃ ſunt generaliſſima,ut eſt uniuerſalis priuatio & forma uniuerſalis,qa uniuerſalia ſunt igenerabilia & icorruptibilia:ſed q̃re etiã eadẽ rõne albũ uniuerſale & magnum uniuerſale qđ eſt albi priuatio,nõ erunt etiã talia ſempiterna cũ & talia uniuerſalia ſint? ¶ Lincoñ. dicit,quẽ etiã ſequit̃ Albertus in ꝑſenti loco,& fuit opinio antiq̃ Auicénæ:ꝙ duo prima principia ſunt prima forma corporis,& eius priuatio,ponit enĩ formã corporeitatis uniuerſalẽ iſeparabilẽ à prima materia,& illa ſemꝑ manet,& priuatio eius etiã ſemꝑ manet,& de iſtis itelligit Phs ꝙ ſem per manent,ſed tũc eſt iſtantia cõtra ipm̃,quia nullũ corpus iuenit̃ uacuũ à prima forma.ſ.corpo reitatis,& per ↄſequens ipoſſibile eſt priuationẽ talis formæ eſſe in aliquo corpore,qa tunc ſimul & ſemel,idẽ haberet formã & eius priuationẽ.Reſpondet ad hoc ꝙ bene uerũ eſt/ꝙ nullũ corpus ſimplr̃ põt hr̃e talem priuationẽ,ſed bene ſcdm quid,unde imaginat̃ ꝙ forma illa generalis dicit aliquã actualitatẽ,& aliquã priuationẽ annexã habet,talis autẽ priuatio eſt ſua impuritas & defe/ ctus ab eſſe cõpleto & pfectiſſimo,& iclinatio illius ad ſuã originẽ.i.in nihil qm̃ ex ſe oĩs res in ni/ hil tẽdit,quia igit̃ talis forma generalis eſt,habet actus & aliquid potẽtiæ,& ſicut habitus eius eſt prima radix oĩum aliorũ actuum,ſeu habituũ ſeqũẽtiũ,ſic ſua priuatio eſt prima radix oĩum alia rum priuationũ ſpãliũ,& ita patet qũo in eodẽ ſtare põt priuatio cũ forma,uidelicet in eſſe icom/ pleto,& ſcdm quid,unde eſt in eſſe actus permixti cũ potentia,ſed iſta uia nõ eſt uia Ariſt.nec Cõ mentatoris,qa ipſi non ponũt aliquam formã ſubalem,neq; uniuerſalẽ,neq; particularẽ coẽternã in prima materia,ut late demõſtratũ fuit à nobis in ſpãli q̃ſtione de hoc,ꝓlixe.unde in pricipio ſe/ cũdi de generatiõe & corruptiõe reꝑhẽdit antiquos ponẽtes ſubiectum generationis ſubalis aliqđ corpus non hñs formã determinatã & ſpecificã,& in.3.cœli & mũdi.in tex.cõ.54.&.55. contra an/ tiquos arguit/ꝙ ſi elemẽta fierent ex aliquo corpore,tũc igitur eẽt aliquod corpus prius elemen/ tis,ubi manifeſte colligit̃ ex itẽtione Phi nullã formã realiter diſtinctã à forma elemẽti ꝓcedere ſe/ cũdum rem formas elemẽtarias in materia,& Auer.ubiq; clamat primas formas quæ recipiũtur in prima materia eẽ formas elemẽtarias,cũ hoc ꝙ ipſe ſubalẽ digreſſionẽ fecit in.1.phyſi.cõ.63.cõ/ tra Auic.ponẽtem hmõi formã.Hãmonius uero aliter iterꝑtatus eſt iſtũ locũ,aſſerit enim nõ eſſe intẽtionem Phi,dum dixit pricipia ſemꝑ manere,ita ꝙ uelit ea eẽ ſempiterna,ſed itẽtio eius eſt ꝙ in unaquaq; generatiõe oportet iuenire priuationẽ & formã ſcdm q̃ fit q̃libet tranſmutatio. Nam unũquodq; qđ tranſmutat̃ priuationẽ habet abſentiã formæ illius ad quã dr̃ trãſmutari , nam al/ bum corpus habet albedinẽ,primo formã,priuationẽ uero nigri,in qđ aptũ natũ eſt tranſmutari, & erit hoc pricipaliſſima cõtrarietatis dictæ ꝓpriũ.ideo Phs itulit hoc tãquã cãm,alias contrarieta tes nõ eſſe pricipia,qm̃ nõ per oĩa icedũt,nõ enim iuenies aliquã ſpãlem cõtrarietatẽ ꝑ oĩa phyſi ca corpora diffuſam,nõ enim oĩa nigra,neq; alba,neq; dulcia oĩa,neq; amara,in oĩbus autẽ eſt for/ ma & priuatio exceptis ſempiternis,in generabilibus aũt & corruptibilibus,una eſt cõis cõtrarie/ tas q̃ eſt ſcdm priuationẽ & habitũ nõ eiuſdẽ formæ,ſed illius in quã aptũ natũ eſt trãſmutari,ſic igit̃ pricipalis cõtrarietas ꝑmanere dicit̃ ſemꝑ. Aliæ autẽ iſto mõ ꝑmanere non dicunt̃. dicit etiã ꝙ hoc ſimile eſt,ſicut ſi dicamus primã materiã ſemꝑ manere in omni generatiõe,materias uero particulares ſicut eſt lignũ,aut æs,aut aurũ non eẽ in q̃libet trãſitione,& ita breuiter ↄcludit ꝙ ly ſemꝑ nõ iportat tẽporis uniuerſalitatẽ,ut ſit ſenſus pricipia eẽ ſempiterno tempore,ſed dicit uni uerſalitatẽ rerum.i.in oĩbus trãſmutabilibus requiri pricipia contraria in eorum trãſmutatione. Auer.aũt i cõmẽ.50.dicit/pricipia ſemꝑ manere itrãſmutabilia in q̃libet trãſmutatiõe,uidelicet ꝙ non fiũt,neq; tranſmutant̃ ex aliis,nec ex alterutris.iſtę enim erãt cõditiones pricipiorum,& ideo nõ omnia cõtraria ſunt pricipia,qa poſteriora cõtraria nõ manẽt,qa ex prioribus fiũt,& ſic Ariſt. habet intẽtũ ſuũ ꝙ pricipia nõ ſunt ifinita.nã cum ſuꝑius fuerit demõſtratũ cõtraria eſſe princi/ pia,& nũc ſit oſtẽſum,nõ oĩa cõtraria eſſe pricipia,multo minus igit̃ eẽ poterũt ifinita:cõtraria.n. poſteriorũ nõ poſſunt eẽ pricipia,quia pricipia debẽt ꝑmanere,ſed illa nõ ꝑmanent,igit̃ non ſunt pricipia.ubi permanẽtiã itellexit permanẽtiã in cõditionibus primorũ pricipiorum,& eſt opinio multũ ſubtilis,ſicut uides,& ideo utraq; iſtarũ magis eſt de intẽtione Philoſophi q̃ ꝓcedẽtes,ſicut

diligens Peripateticus poterit diiudicare.

Principiũ ſubſtantiæ debet eſſe ſubſtantia.1.metaphy.cõmen.3.idem.2.de anima.cõmen.2.

Principiorum quærendorum conditio eſt ut ſint conuenientia omnibus apparentibus inexiſtentibus,quoniam tunc uidentur eſſe uera.

Principia rerũ quæ ſemp ſunt neceſſe eſt ut ſint ſemp,iſta enim entia quia nõ ſunt in uno tpe ſine alio,ſed ſunt in oĩbus tẽporibus,ideo cauſæ eorũ non ſunt cauſæ in eis in uno tpe ſine alio,& iſta eſt diſpoſitio prĩcipiorũ corporũ cœleſtiũ cũ corporibus cœleſtibus.2.meta.com̃.4. ⁋Ex quo patet in uia Auer.ſempiterna hr̃e cãm efficiẽtẽ ſempiternã cõtra Greg de Arim̃.& Io.de Bacco.

Principium non intelligitur niſi in re quæ habet finem.2.metaphy.cõmen.7.& quod habet finem neceſſario habet principium,& idem.1.cœli.uerſus finem.

Principiũ & cauſa aliud eſt à rebus,quarũ eſt principium/aut cauſa.3.meta.tex.com̃.11.

Principium non dicitur de ſeparatis intelligentiis uniuoce,neq; ęquiuoce,ſed ſecũdum prius & poſterius,& uide cauſam in paraphraſi metaphy.trac.4.col.8.

Principiũ firmiſſimũ oĩum eſt circa qđ ĩpoſẽ eſt mẽtiri.4.meta.tex..cõ.8.&.2.meta cõmẽ.1.

Principii demõſtrationis nõ eſt demõſtratio.4.metaphy.tex.cõ.26.idem.1.poſte.tex.com̃.6.

Principium multis modis dicitur.5.metaphy.tex cõmen.1.

Principium quandoq; non eſt rei,ſed unde quis facillime addiſcet.ibidem.

Principiorum omnium cõmune eſt primum eſſe.ibidem.

Principiorum quædam ſunt intra rem,quædam uero extra rem.ibidem.

Principiũ doctrinæ in ſcientiis plerũq; eſt aliud ab eo,quod eſt principiũ in rei ueritate,ſicut Ariſt. fecit in multis libris.5.metaphy.cõmen.1.

Prĩcipiũ agens nõ eſt extrĩſecũ in rebus naturalibus ſicut eſt in artificialibus.5.meta.cõmẽ.1.Vbi aduerte & põdera qũo illud ſit intelligẽdũ,nã lr̃a tranſlationis Arabicę in textu eſt falſa, & debet ſtare negatiue,q; uidelicet nõ eſt in re,ſed qa uoluit defendere illam lr̃am affirmatiuã,tũc cogiť dicere illud ,ppter aĩalia,q̃ ex ſemine generanť,in ſeminibus enim talium ſunt uirtutes informatiuæ quæ operantur,& ſic talium animalium generatio habet cauſam agentem intra,ſecus eſt in artificialibus/quorum principium eſt ab extra.

Prĩcipiorũ q̃dã ſunt in arte,& q̃dã ſunt in eẽ,& accidit in qbuſdã artibus,ut prĩcipiũ eſſendi ſit idẽ cũ prĩcipio doctrinę,& in qbuſdã nõ.5.meta.cõ.1.uide.1.phy.cõ.8.uide ẽt.1 phy.com̃.2.

Principiorum aliorum comparatio ad primum principium eſt modis diuerſis ſicut eſt ens de entibus.4.metaphyſi.cõmen.1.

Prĩcipiorũ q̃dã ſunt in rẽ ut materia & forma,q̃dã extra rẽ ut agẽs & finis.5.meta.tex.com̃.1.

Prĩcipiũ eſt ul̃ius cã/qa prĩcipiũ dr̃ de prĩcipiis trãſmutatiõis,& dr̃ de q̃tuor cauſis.5.meta.cõ.4.ide ſumiť uulgata ,ppoſitio/q; oĩs cã prĩcipiũ eſt,ut patet.5 meta.tex.cõ 1.ſed nõ oẽ prĩcipiũ eſt cã,qa ibidẽ prĩcipiũ ĩter alias ſignificatiões ſumiť pro prĩcipio trãſmutationis & motus,unde priuatio prĩcipium eſt,ſed nõ eſt cauſa:aliter eẽnt qnq; cauſarũ genera,ita ẽt Blemideus Niciephorus exorditur in ſua abbreuiatiõe naturalis abbreuiatiõis.Oĩs cã(inqt)prĩcipiũ eſt,ſed nõ oẽ prĩcipium eſt
Opinio Latinorum. cã.Latini aũt nr̃i dant aliã rõnẽ,q̃re prĩcipiũ ſit in plus quã cã, qa.5.met.tex.cõ.1.oĩs prĩcipii cõe eẽ uideť primũ eſſe,& ideo rõ prĩcipii cõſiſtit in ordine,ſed de rõne cauſæ eſt q; ad eius eẽ ſequitur aliud,& qa priuatio aduenĩẽs entibus priuat entia entitate,multotiẽs enim ,ptendẽti ipſius ĩtellectum uideť machinari maleficiũ neq; eẽ penitus,ut diciť in.1.phy.in tex.cõ.80.& ibidẽ tex.cõ.68.
Impugnatio. ſufficiens eſt/alterũ cõtrariũ ſui p̃ntia & abſentia facere mutationẽ,priuatio eñ nihil aliud eſt niſi abſentia formæ in ſubiecto apto nato.Sed ſi illa eſt rõ cauſę ut dicũt,tũc materia nõ erit cã.inquit enim Cõmen.in.7.primæ philoſophiæ.in cõ.37.Forma eſt pars,q̃ cũ fuerit/erit res, materia uero cũ fuerit,nõ erit res,& eſt differẽtia quã Cõmen.accepit à lucidiſſimo Them̃.in paraphraſi ſup.2.de aĩa.cap.1.ubi dicit hoc eẽ diſcrimẽ inter materiã & formam,qa res à materia habent,ut fierent: à forma,ut eſſent,& rõ primi,ut mihi dať cernere,eſt,qa materia eſt ex quo fit aliqd ut inexiſtẽte,ratio uero ſecundi eſt,quia forma deſcribitur.2.de anima tex.cõmen.2.forma eſt per quã eſt hoc aliquid.eſſe igitur appropriatur formæ,& fieri materiæ.Themiſt.etiam in.2.phyſic.ſuper tex.11.d.quãlibet rem id quod eſt,habere ex forma non ex ſubiecto.

Principiũ doctrinę in multis artibus nõ eſt neceſſariũ,ut ſit principium ꝺm naturã. Cõmen.contra Gale.aſſerẽtem q; qa epar apud anatomiſtas poniť principiũ doctrinæ ramificationis uenarũ,cõcluſit ,ppterea epar eſſe principiũ uenarũ,idem in.5.meta.tex.com̃.primi.

Principiorũ ultimorũ ſcire qdditates difficile eſt.4.phy.cõ.16.ubi lucidiſſimus Themi. cãm reddit,

quia

quia conant̃ ſeparatim ea cognoſcere q̃ ſeorſum cognoſci nõ poſſunt,& Cõmen.in cõ.idem dicit, ꝙ ſcire formã ſine materia,& materiã abſq; forma impoſſibile eſt.
Proloquiũ & enũtiatio cõis & maxima eſſe uidetur,nihil originem, & progreſſionem eſſe nihilq́; eſſe pro principio,& ꝓ eo cuius eſt principiũ.Themi.6.phyſi.48.
Principia quæ ponit naturalis,ſunt naturalia plura eſſe, & mobilia & habẽtia principia,ſcilicet compoſita.primo pſiyſi.cõmen.8.
Aliud principiũ,Ex nihilo nihil fieri.1.phy.tex.cõmẽ.34.oẽs qui de natura locuti ſunt in hoc cõuenerunt,ꝙ ex nihilo nihil fit.idem com̃.in ꝓlogo.3.phy.&.2.meta.cõmen.15.
Proloquium ꝑclarũ & indubitabile eſt in quo dicit̃ nihil à natura ſine uſu aliquo fieri.Themiſtius primo de anima.13.& habetur,primo cœli.32.
Propter famoſitatẽ iſtius diuiſionis.ſ.quoniã oẽs intentiones diuidũtur in habitus qeſcentes & mobiles,cõueniunt oẽs gentes in hoc ꝙ poſuerũt principia nominationũ nomẽ,& uerbum,& poſuerunt indeclinabile inter illa ad collationẽ,& poſuerunt nomen cuilibet formę qeſcenti & uerbum cuilibet formæ mobili.5.phyſi.com̃.9.inde patet dictũ grãmaticę ſpeculatiuæ ꝙ nomẽ ſignificat ꝑ modum habitus,& per ſe ſtantis,& uerbum per modũ actus,& per modũ fluxus & fieri etc.
Proceſſus in infinitum eſt in potentia non in actu.6.phy.58.cõmen.
Proprietas quia ſeqtur ꝓportionẽ menſurarũ entiũ,poſſibile fuit inueniri in una re ꝓprietates quaſi infinitas,& res quę eſt propinqua infinito non poteſt ſciri perfecte per arbitrium.5.colliget.cap.24.ubi loquitur de proprietatibus medicinarum.
Prouerbium,Semp aliqd noui affert Aphrica,unde emanauerit,uide in.8.de natura aĩal.c.28.
Prouerbium:Qua cerui amittũt cornua,unde emanauerit.uide in.9.de natura aĩalium.cap.5.
Probabilia impoſſibile eſt,ut ſint falſa ſcd̃m totũ.3.de anima.cõmen.5.in ſolutione ſcd̃ę queſtionis, iuxta finem.idem in cõmen.libri de ſenſu & ſenſato.
Probabilia ſunt magis dilecta cõiter q̃ demõſtrabilia.Ex libro deſtru.diſpu.3.in ſolu.13.dubii.
Probabile eſt ꝙ qui cõſiderat de natura alicuius,debet ꝑſcrutari de accidentibus illius,& cum hoc ꝙ eſt probabile,eſt uerum.2.phyſi.tex.cõmen.17.
Prouidentia ꝓculdubio uidet̃ eſſe de particularibus,ex parte ſomniorũ ueridicorũ & ſimilium,ex pronoſticis futurorũ,quæ quidẽ in ueritate eſt ꝓuidentia in ſpecie,ex diſpu.16.in ſolutione.3.con ſimile in cõmen.ſuper libro de diuinatione quæ eſt ſcd̃m quietem.
Propheta quilibet eſt ſapiens,ſed nõ quilibet ſapiens eſt Propheta,& eſt ueriſſima propoſitionum, ex phyſicis diſputationibus,diſputa.4.
Prophetia ut tradũt antiqui fit ab ipſo Deo glorioſo mediãte aliquo ente ſpirituali quod nõ eſt corpus,& eſt tribuens intellectũ humanũ apud eos,& eſt id qd̃ appellãt moderni intellectũ agentẽ,& appellat̃ in lege Angelus.Ex diſputationibus phyſicis,in diſpu.prima,in ſolo.2.dubii.
Prophetia uenit in diſpoſitione ſimili epilepſiæ. Cõmenta.in cõmen.libri de diuinatione ſecũdum quietem,& ibi uide cauſam.
Propoſitiones categoricæ ſubſtantiales quas format intellectus de rebus cõpoſitis,differunt ab illis quas format ĩtellectus de rebus abſtractis,quia diſpoſitio & diſpoſitũ in rebus cõpoſitis,licet ſint unum in actu,ſunt tamẽ duo in potẽtia quãdo ĩtellectus diuiſit unũ ab altero,ſed in rebus abſtractis reducũtur ad unã intẽtionem oĩbus modis,& nullus modus erit quo ꝑdicatum diſtinguat̃ à ſubiecto & diſpoſito extra intellectũ.ſ.in eſſentia rei,ſed tamẽ intellectus in talibus nõ ĩtelligit nomina ſynonyma,ſed ea ĩtelligit eẽ differẽtia ſm aſſimilationẽ.12.primę philoſophię.com̃.39.ubi ex mente Cõmen.diſtinctio attributorũ in diuinis non eſt ex natura rei,ſed ſm modũ intelligendi,q̃uiam etiam multi ex noſtris Theologis ſunt ſecuti.
Propoſitio illa dicẽs cõueniens fieri à conueniẽte tribus conditionibus uerificat̃,uidelicet in cauſa agente & non in iſtrumento,& in ꝓpinqua nõ remota,& ĩ eſſentialiter & nõ per accidens agentibus.12.metaphyſi.cõmen.24.authoritate Alexandri.
Propoſitio dicens ꝙ omne quod eſt in actu prius fuit in potentia,non eſt uera,nã ſi ita eſſet,potentia ſimpliciter præcederet actum,& ſi ita eſſet,res mouerẽtur ex ſe,ſine motore.12.meta.cõmẽ.32. uide.9.meta.tex.cõmen.13.&.3.de anima.tex.cõmen.20.&.27.
Propoſitione minori infinita exiſtente in prima figura,hoc eſt,de ꝑdicato infinito, erit concludens, non autem ſi fuerit negatiua.1.phy.com̃.10.&.1.priorũ.tex.cõmen.7.
Propoſitio cuius ſubiectũ eſt æquiuocũ,non habet ſubiectum eſſentiale, ex paraphraſi metaphyſi. tracta.2.in principio.idem.4.metaphyſi.cõmen.2.

Pro poſitiones aſſimilantur materiæ,quia ſunt in potẽtia concluſio/& concluſio in eis eſt quaſi for/ma.2.phyſi.cõmen 31.&.74.

Propoſitio uniuerſalis mouet quieſcendo,ſed propoſitio particularis mouet ĩminendo inſtandoq; actioni.3.de anima.tex.cõmen.58.

Propoſitio aliqua eſt uera per ſe,quæ tñ eſt falſa per accidẽs.Cõmen.6.phyſi.cõmẽ.15.de motu qui inquãtum motus eſt uelocitabilis in ĩfinitũ,ſed pro quanto accidit motui ꝙ fuit in motis natu/ralibus,ſic eſt falſa per accidens,ↄſimile de diuiſione lineę in.71.4.phyſi.ĩuenies ab eodem.

Propoſitio dicẽs ꝙ duo oppoſita nõ poſſunt eẽ ſimul in eodẽ,eſt cõis pluribus ſciẽtiis, & ꝓpoſitio dicẽs ꝙ illud ex quo aliqd tráſmutať,& illud ad qđ tráſmutať ſunt oppoſita,ẽ ꝓpõ cõis,& ſcđm ſubtũ,& ẽm p̃dicatũ.8.phy.cõmẽ.70.collige ibi cõitatẽ ꝓpõnis,ex quot cauſis colligi poſſit.

Propoſitiones aliquæ ſunt de quibus dixit Albumaſar quæ non ĩducunt ad primę certitudinis or dinem,ſed tñ nullus ſenſus cõtradicit eis,neq; rõ,ex primo cœli.com̃.15.&.22.

Propoſitiones naturales ſunt dubitabiles ꝓpter duas cauſas,aut ratione aliarum ꝓpoſitionũ ꝓba/bilium quæ ſunt contrariæ illis,aut ꝓpter exiſtimationem ꝙ principia ſciæ naturalis debent eſſe in fide,ſicut principia geometriæ.1.cœli.cõmen.90.Vide in.2.meta.tex.cõmen.16.

Propoſitiones eſſentiales logicales & diſputabiles differũt.Cõmẽ.in paraphraſi.1.de cœlo & mun do.in ſum.7.in fine.Vide & põdera,qa multũ tibi deſeruiet illa doctrina ĩ q̃plurimis locis.

Propoſitionibus ambiguis in demõſtrationibus utimur/qñq; p̃ſertim ubi ſecus fieri non põt nul/la p̃manibus hñtes prĩcipia niſi id genus.Cõmẽ.in paraphraſi.2.de cœlo.ſum.2.q̃ſito.1.Intelligit aũt per ambiguas in quibus prædicata non dicuntur uniuoce,ſed analogice,conſimile in ſecũdo deſtruc.diſputa.1.in ſolutione tertii dubii.

Propõnes q̃s habemus p̃manibus de corporibus cœleſtibus paucę ſunt,& dicũtur ferẽ ęquoce,qa extractę ſunt ab aĩatis,q̃ ſunt hic,& de iſtis & de illis aĩatũ dr̃ ferè ęquoce.2.cœli.com̃.60.

Propoſitiones famoſæ alicuius artis ſunt illę in quibus nulla eſt diſceptatio inter eius profeſſores, ex paraphraſi metaphyſi tracta.4.col.4.

Propõnes hypotheticę ↄtinuatiuę ĩ qbus eſt ↄſequẽs poſſibile eẽ cũ antecedẽte,neceſſe eſt ſemꝑ,ut deſtruamus antecedẽs & ↄcludamus oppoſitũ ↄñtis.1.de aĩa.cõ.13.authoritate Themiſtii.

Propõnes primi modi dicẽdi ꝑ ſe habẽt p̃dicata q̃ ſunt cauſę ſubiectorũ,ſed ꝓpoſitionum ſecundi modi dicendi per ſe ſubiecta ſunt cauſæ p̃dicatorum.2.de anima.cõmen.67.

Proportiones in eo ꝙ ꝓportiones non ſunt agẽtes,ſed in eo ꝙ q̃litates.2.de aĩa.cõ.143.& rõ eſt qa ſunt relationes,& relatio nõ eſt de prĩcipiis actiuis,& rõ eſt,qa oẽ qđ agit/agit ſcđm ꝙ eſt in actu, relatio aũt extra aĩam nõ eſt in actu,ſed in potẽtia.Vnde qdã reputauerũt p̃dicatũ relõnis eẽ de ſe cundis ĩtellectis,qa eſt debilis entitatis.12.metaphy.cõmen.19.& ſic etiã numerus non eſt de prĩci/piis actiuis,quia eſſe eius in actu eſt in aĩa & extra aĩam in potentia.4.phyſi.cõmen.131.

Proportiões & uirtutes q̃ fiũt in elñtis à motibus ſolis & aliarũ ſtellarũ ſunt illę q̃s reputat Plato eẽ formas & eas ĩtẽdit,ſed lõge ĩſpiciebat eas,quapꝑ dixit formas eẽ.12.meta.com̃.18.ꝓpe finẽ.

Proportiones omnes & formæ ſunt in potentia in prima materia,& ſunt in actu in primo motore. 12.primæ philoſophiæ.com̃.18.in calce com̃.Vide in concordantiis nuper editis.

Proportio quæ eſt in mobili ad motũ eſt ꝓportio materiæ ad formã.9.meta.com̃.11.

Proportio diffinitionis ad diffinitionem eſt ſicut proportio quidditatis ad quidditatẽ.7.metaphy. tex.cõmen.14.&.15.

Proportio uitæ hominis ad motum continuum eſt ſicut puncti ad lineam,& ſicut finiti ad infini/tum.Cõmentator in prologo primi phyſi.

Proportio totius ad totũ eſt ſicut ꝓportio partis ad ꝑtẽ/uera eſt quãdo ambę ſunt finitæ,ſed ſi fue/rint ĩfinitæ ambę,aut altera,uera non eſt ꝓpoſitio,qa ĩfinitas non eſt magis neq; minus/nec æqua le.Ex libro deſtructionum/diſputa.1.in ſolutione quinti dubii.

Proportiones in eo ꝙ proportiones non ſunt agentes,ſed in eo ꝙ qualitates.2.de anima.cõmẽ.143. ex quo patet ꝙ relatio non eſt de principiis actiuis.

Proportio q̃ſtionũ ad aĩam ſilis eſt ꝓportiõi ligamẽti ad mẽbra,& ꝓportio ſcię acqſitæ poſt illas q̃/ſtiones eſt ſilis ꝓportioni motus q̃ſiti poſt diſſolõnẽ ligamẽti.3.metaphy.cõmen.1.

Proportio ĩpedientis ad ĩpediens eſt ſicut ꝓportio motus ad motum,& hoc in motibus uiolentis, quãdo motor fuerit idẽ,ſiue ĩpedimentum ſit ex medio,ſiue ex ipſo moto.4.phyſi.com̃.71.

Proportio eius quod congregať ex duabus potentiis ſupra duo pondera nõ eſt ſicut proportio ſo lius potentiæ ad unum pondus.7.phyſi.cõmen.38.

Proportio q̄libet cōpoſita ex duabus ꝓportionibus finitis,eſt finita neceſſario.8.phy.cō.78.
Proportio tp̄is ad tp̄s eſt ſicut ꝓportio motoris ad motorē.8.phy.cō.80.idē.7.phy.tex.cō.35.&.36.
Proportio corporū circulariū in uelocitate & tarditate eſt nō ſicut ē ꝓportio ſpatii ad ſpatiū, ſicut eſt in rectis,ſed eſt ſm̄ ꝓportionē magnitudinis & puitatis ipſorū mobiliū.2.cœli.cō.46.&tex.
Proportio nulla eſt īter magnitudinē corporū cœleſtiū & magnitudinē corporū faciētiū tonitrua, neq; in magnitudine,neq; in uiolentia motus,neq; in uelocitate.2.cœli.cōmen.53.
Proportio ſuperficiei ad corpus,eſt ſicut lineæ ad ſuperficiem,& ſicut puncti ad lineam.3.cœli.cōmen.5.uide in concordantiis.
Propinqtas eſt neceſſaria in actione tā potētiarū irrationaliū q̄ rōnaliū.9.meta.cōmen.10.
Propinqtas eſt cauſa deceptionis,colligiť ex.3.phyſi.cō.15.ubi Cōmēta.ex ſn̄ia Phi allegat cām erroris antiquorū ꝓpter quā collocauerūt ip̄m ſub priuatione,& primā cām exp̄ſſit Phs in tex.cō.14. nam cū oē ens ſit,aut in actu,aut potētia & motus,neq; actus,neq; potētia tātū eſt,unde ut inquit Cōmen.ibi in com̄.latuit eos actus medius īter actū & potētiam,ſcd̄am uero cām explicat Cōmē. in cō.15.quia motus eſt actus īperfectus & actus īperfectus eſt ꝓpinquus priuationi,ideo iudicauerūt ex ꝓpinqtate ip̄m priuationē eſſe,& eſt ēt ſn̄ia Auguſtini,ꝙ ꝓpinqtas & ſiſitudo ſunt cauſę erroris,& deceptiōis. Alia ēt eſt cauſa deceptionis inſeparabilis ꝯſecutio unius rei cū alia re quam Cōmē.exp̄ſſit in.4.phy.in com̄.95.ubi dicit:multotiēs exiſtimať ꝙ illud qd̄ ſeqtur rē,ſit ipſa res. ꝓpter hāc enim cām aſſerit Phs ibi antiquos fuiſſe deceptos aſſerētes tp̄s formalr̄ eē motū: & pp eādem cauſam Stoici aſſeruerūt,ut ſcribit Alexā.in paraphraſi de anima.quantitatem non eſſe diſtinctam à ſubſtātia:in qua ſentētia pſeuerāt nominales.Et ꝓpter eādem cauſam Subtilis Doctor tenuit ꝓprietates rerum non diſtingui realiter à ſubiecto,& de multis aliis cōſimilibus.
Propinquitas & diſtantia non ſunt niſi per tranſlationem.8.phyſi.tex.cōmen.55.
Pruinæ & roris locus eſt unus,& materia una,& agens unum,ſed diuerſificantur propter fortitudinem agentis & debilitatem.1.meteorum.cōmen.4.
Pſeuſippus plures ſubſtātias ab uno inchoauit,& principia cuiuſlibet ſubſtantiæ eſſe dixit, aliud q dem numerorum,& aliud magnitudinum eſſe.7.meta.tex.cōmen.5.
Ptolemęus poſuit plures motus lunæ,& aliis ſtellis,quos nullus ex antiquioribus poſuit.12.primę philoſophiæ.cōmen.45.Vide etiam.2.cœli.cōmen.62.
Ptolemęus nō poſuit ſoli aliā latitudinē niſi in reſpectu æquinoctialis,ſed antiq opinabanť ꝙ ultra iſtam latitudinem ab æqnoctiali habet aliam à zodiaco.12.metaphyſi.cōmen.46.
Ptolemęus poſuit ꝙ in cœlo ſunt ſphęræ,quarum poli ſunt perforati.1.cœli.cōmen.10.
Ptolemæus poſuit quinq; motus in luna,cū antiqores nō poſuerint niſi tres tm̄.2.cœli.cō.60.
Ptolemæi ſententia ſucceſſio orbium in nobilitate non eſt ſcd̄m ordinem in motibus.2.cœli.cōmē. 62.uide in.12.primæ philoſophiæ.cōmen.44.
Ptolemæus tenuit ꝙ ſub æquinoctiali ſit habitatio,& ſimiliter Auicēna, licet Ariſtoteles oppoſitū ſenſerit.ex.2.meteororum.cap.2.in col̄.9.
Pulmo in hn̄tibus pulmonē bipartitus eē expedit.1.de natura aīalium.cap.16.& ibi uide an ſpiritus per arteriā inſpiratus ingrediať cor,nec ne.uide etiam de pulmone in.3.de natura aīal.cap.3.
Pulmo ſanguinis plurimum ex mēbris omnibus continet,errātq; qui ipſum inanem ſanguinis arbitrantur.primo de natura animalium.cap.17.
Pulmo ſolus ſcd̄m Gale.nutritur per cor,cuius tamen oppoſitū ſentit Ariſto.ex.3.de partibus animalium.Auer.in capitulo de corde.
Pulmonis motus initium eſt à corde ſcd̄m Ariſto.contra medicos.3.de partibus animalium.cap.6. & Auer.ibidem in cap.de pulmone.
Pulmone ablato hæc duo ſimul auferunť,uox,& dexter uētriculus cordis,qui gr̄a pulmis genitus eſt:pulmo enim uocis & reſpirationis eſt organū.Gale.6.de utilita.partic.cap.9.& nota ꝙ cōtradicit Ariſto.in hoc de numero uentri.cordis.ibi.
Pulmo eſt organū reſpirationis & uocis.3.de partibus aīal.uide etiam Gal.7.de utili.ptic.cap.3.
Pulmonis motus eſt à corde.3.de parti.animal.cap.6.contra Medicos.
Putredo uel putridum excremētum rei concoctæ eſt,quapropter nihil putreſcens gignitur.Ariſt. 3.de generatione animalium.cap.11.
Putrefactio eſt contraria generationi.4.meteoro.tex.cōmen.3.
Putrefacta in principio fiunt humida,in poſtremo uero fiūt ſicca.4.meteoro.tex.com̄.4.
Putrefactio eſt corruptio q̄dam in unoquoq; humido ꝓprie ſm̄ naturā caliditatis ab aliena caliditatis

Contra rudes Medicos.

tate.4.meteo.tex.cōmē.5. ¶ Et pondera ɔtra rudes aliquos medicorū aſſerentiū hanc diffinitionē putrefactionis datā ab Ariſto.non ɔuenire putrefactioni cōtingēti in humoribus unde febris putrida cauſatur,cum tamē Galenus medicorū princeps in.2.de differētiis febriū.cap.9.ubi diſputat an ſit febris ex putrido ſanguine fundamētum hoc pręmittens quomodo ſanguis poteſt putreſcere,hanc diffinitionem ab Ariſto.aſſumit.

Putrefactionis duplex eſt cauſa, una primaria & per ſe,alia ſecundaria & quaſi per accidens.4.meteororum in ſua ſumma.5 colliget.cap.43.

Putrefactio eſt cōis paſſio & frigiditatis ꝓprię & caliditatis alienæ.4.meteo.tex.cōmen.5.

Putrefactio minus cōtingit in frigoribus q̄ in æſtu 4.meteoro.tex.cōmen.6.

Putrefactio duplex q̄dam eſt per uiā congelationis,& iſta cōtingit in hyeme, q̄dam ꝑ uiam combuſtionis & diſſolutionis,& iſta contingit in æſtate.4.meteo.cōmen.9.

Putreſcit minus quod mouet̃ & fluit q̄ non motū.4.meteo.tex.cōmen.11.

Putreſcit minus multum pauco.ibidem.tex.cōmen.12.

Putrefactionis natura ſtat per calorē extraneū cum humiditate ſuperflua,& ſunt ei medicinę odoriferæ in ultimo contrarietatis.6.colliget.cap.12.

Putrefactionis cā efficiens eſt frigiditas ſm duos modos.unus eſt ꝑ ſe & eſt à calore extrinſeco,alius per accidens & eſt à frigiditate.3.colliget.cap.3.de cauſis ægritudinū materialium.

Putrefactio eſt uia in corruptionē.cō.& tex.6.4.meta.& per ɔſequens fit in tēpore.hoc etiā aſſerit Auic.in.4.cañ.caplo de febre ſanguis ɔtra Gale.ubi lr̃a quę cōiter īuenit̃,eſt corrupta,qa iacet negatiue, ſed debet ſtare affirmatiue.ſic putredo habet tēpus & cōuerſio ſanguinis in cholerā nō fit niſi in tempore,& hoc non aduertit Thomas de Garbo & alii ibi.

Putridum non eſt neceſſarium eſſe quod ex putrido fit.ibidem Auicēna.

Pueri cum uigilant non rident,cum dormiunt rident,interdum etiam lachrymāt.uide cauſam in 5.de generatione animalium.cap.primo.

Pueri pluſq̄ cętera animalia ſomno dediti uiuunt.ibidem.

Pueri interdum altero oculo cæſii naſcuntur,ut plurimum autem ambobus.uide cauſam.5.de generatione animalium.cap.primo.

Pueri excitati a ſomno præ metu ſe intra inuolucrum occulunt,& ibi uide cauſam in lib.de inſomniis prope finem.& Themiſt.ibi.cap.19.

Puerum eē intelligentē in potētia pōt intelligi duobus modis.3.de aīa.cō.5.in ſolōne.2.q̄ſtionis.

Pueris accidit epilepſia.uide cauſam in libro de ſomno & uigilia in col.5.

Pueris non competunt uina/neq; nutricibus.ibidem.

Pulſuum ſpēs cōphendi nō poſſunt niſi in īdiuiduo cōparato ad pulſum ſani,q in corpore tēperatæ cōplexionis inuenit̃,aut ad aliquā octo cōplexionū ſm Galenū, aut ad q̄tuor ſm ꝙ apparet à radicibus naturę.4.colliget.cap.18.de cauſis pulſuū.Nota aūt ꝙ ideo ſic loquit̃,qa ſm ip̄m nō darētur cōplexiones diſtēperatæ ſimplices cōpoſitæ tm̄,& ideo ſunt quatuor.

Pulſus dormiētis eſt diuerſus à pulſu uigilātis,& pulſus exercitati eſt diuerſus à pulſu q̄eſcentis.& uide cauſam.3.de partibus aīalium ab Auer.in caplo de corde.

Pulſus non ſolū fit ꝓpter reſpirationē,uerū etiam propter tranſmutationē caloris naturalis q̄ eſt inſtrumentum animæ ad omnia membra.ibidem.

Pulſus marium eſt maior & fortior,ſed mulierum eſt minor,& debilior,ſed eſt uelocior,quę uelocitas in eis eſt loco fortitudinis.4.colliget.cap.19.

Pulſus cordis tēperati poteſt eſſe uelox ꝓpter ſtricturam arteriarū.4.colliget.cap.2.

Pulſus magnificat̃ per motū,& minoratur ꝑ quietē.& uide cām.2.colliget.cap.18.in fine.

Pulſio eſt motus ab extrinſeco.7.phyſi.tex.cōmen.10.

Putās diuiſum diuidi & cōpoſitū cōponi uerus eſt.9.meta.tex.cō.21.idē in p̄dicamētis.& in primo de interp̄tatione,ubi dicit̃ ex eo ꝙ res eſt uel non eſt,reddit̃ opinio & oratio uera aut falſa.

Purum diligenter monſtrat q̄cquid exceperit,unde ueſtes quæ mundiſſimæ ſunt,citiſſime inquinantur.ex libro de inſomniis Ariſto.

Punctus motus facit lineā,& linea mota ſuperficiē,& ſuꝑficies corpus, & figuras habere poſitiones ſunt ꝓpoſitiones geometricę opinabiles abſq; eo ꝙ ſunt extra aīam.Cōmen.3.phy.cō.60.

Puncta & momenta cognoſcūtur per priuationē cōtinui.3.de aīa.tex.cō.25.uide Themi.ibi.

Puncti ad lineā nulla eſt proportio.4.phy.tex.cōmen.71.& ibi redditur cauſa.

Punctus & inſtans differūt,quia iſta actio quę eſt diuidere & diſtiguerę eſt pūcti principalr̃, & eſt

inſtantis neceſſario. itẽ punctus inuenit̃ in actu in linea, ſed inſtãs inuenitur in potẽtia in tẽpore, quia non poteſt bis demonſtrari.4.phyſi.cõmen.105.
Punctu,idem poteſt bis demõſtrari,non aũt inſtans.4.phy.tex.cõ.121.105.106.
Punctus unus per ſe eſt duo ſcdm rationem.4.phx.tex.cõmen.121.
Puncti diuiſio eſt relatiua nõ in eius ſubſtãtia,quoniã pũctus non diuidit̃,ſed ſolũmodo diuiditur ſcdm ꝙ eſt principiũ in reſpectu,& finis in reſpectu.4.phyſi.cõmen.121.
Punctus dicit̃ quieſcere ꝑ figuram.i.tranſumptiue.6.phy.cõ.72.uide ɔſimile.4.phy.cõm.118.
Punctus dicit̃ moueri per accidẽs ad motũ corporis.6.phy.tex.cõmen.86.
Punctus nullus actu eſt in continua magnitudine niſi motus dirimatur.8.phyſi.tex.cõmen.65.& Themiſt.& Cõmentator.ibidem.
Puncta q̃ ſunt inter principiũ magnitudinis & finẽ,ſunt in potẽtia:cum magnitudo diuidat̃ ẽm illam potentiã non actu,punctus aũt qui eſt finis magnitudinis,eſt actu.8.phy.tex.cõ.67.
Punctus q eſt centrũ ſphærę eſt principiũ pro quãto oẽs lineæ exeũt ab eo ad circũferẽtiã,eſt autem finis,ut oẽs linee à circũferẽtia ductæ terminãtur ad ipſum,eſt aũt medium,ut ęqualiter diſtat ab omnibus partibus.8.phy.ex intentione Themiſtii.cõmen.76.
Puncta & partes licet moueãtur ꝑ accidens,differũt tamẽ,quia partes poterũt ꝑ ſe moueri ſi ſeparẽtur à toto, quod pũcto minime cõpetit.item motus partium eſt difformis motu totius exiſtente uniformi,& partes iuxta polos tardius q̃ quæ circa æquinoctialem mouẽtur,quod non competit punctis.Themiſtius.6.phyſi.84.&.85.
Punctus qui eſt indiuiſibilis & non exiſtens in moto quod mutat locũ per naturam,non dicit̃ motus neq; eſſentialiter neq; accidentaliter.2.cœli.cõmen.14.
Puncta/lineæ/& ſuperficies non ſunt in loco neq; per ſe neq; per accidens. primo de generatione & corruptione,cõmen.29 uide in concordantiis.
Punctus eſt unitas poſitionẽ habẽs.1.de anima/tex.cõmen.68.idem.5.meta.12.
Punctus/unitas/& inſtans non ſunt diuiſibilia nec actu/nec potentia/nec eſſentialiter/nec accidentaliter.3.de anima.cõmen.25.
Punctus non diuiditur omnino & habet ſitum.5.meta.tex.cõmen.12.
Punctus & unitas differũt.5.meta.tex.cõm.12.uide etiam.4.phy.tex.cõmen.106.
Pulchritudo & fortitudo & aliæ formæ corporales ſimiles his ſunt diſpoſitiones laudabiles in aĩalibus quæ non ĩtelligũtur niſi ĩ reſpectu nobiliſſimæ diſpoſitionis.ſ.in reſpectu aĩalis nobiliſſimæ diſpoſitionis.7.phy.tex.cõmen.17.⁋ Ex quo patet cõtra ſophiſtas ꝙ intenſio formarũ attenditur penes appropinquationẽ ad ſummũ,uide in Theorematibus diffuſe de hoc. Contra ſophiſtas.
Pulchritudo magis attribuitur compoſitioni, ſicut uirtus, & fortitudo magis attribuitur complexioni.4.colliget.cap.2.
Pulchritudo in aliquo aĩali eſt diſpoſitio in forma creaturæ ɔſiderata ẽm diſpoſitionẽ quã habet in creatione cõſiderata in forma creaturę reſpectu nobiliſſimi animaliũ in illa ſpecie, & uniuerſaliter eſt proportio inter extrema mẽbra & media.7.phy.cõmen.17.
Pulchritudo dicitur reſpectu turpitudinis.ibidem.
Pythagoras & Leucippus pfectionẽ nõ dixerũt eſſe in pĩcipiis,ſed ĩ pĩcipiatis.12.meta.tex.cõ.40.
Pythagoras poſuit ſolum mathematica eſſe abſtractas ſubas,& non poſuit formas.i.ideas.Cõmen.12.metaphyſi.cõmen.5.in calce cõmenti,authoritate Alexandri.
Prothagoras hoĩem eſſe menſuram rerum omnium,nihil aliud dicens quàm ꝙ uidetur unicuiq; hoc & eſſe firmiter.11.primæ philoſophiæ.cap.4.idem.10.metaphy.tex.cõm.5.
Prothagoras aſſeruit hominem eſſe metrum omnium rerum.10.meta.tex.cõmen.5.
Pythagorici prius/& Plato poſterius dixerũt unũ eẽ ſubam quãdã ꝑ ſe exiſtẽtẽ.10.meta.tex.cõ.6.
Pythagorici exiſtimant ꝙ numeri ſunt principia entiũ,ſed nõ opinant̃ oẽs ꝙ ſint pĩcipia ſecundũ formas,ſed ſcdm ꝙ ſunt elementa entium.7.meta.comen.2.tex.38.
Pythagorici diuidebant principia rerum in duas partes contrarias.3.phyſi.cõmen.13.
Pythagorici poſuerunt motum eſſe non ens,& uidentur accidens quoddam motus potius quàm rei naturam ſignificaſſe.Themiſt.3.phyſi.13.
Pythagoras poſuit ĩfinitum ex natura paris,& finitum ex natura imparis,& ſecũdum aliquos per parem intelligebat materiam,& per imparem formam.3.phyſi.tex.cõmen.26.
Pythagorici affirmauerunt uacuum.4.phyſi.tex.cõmen.56.
Pythagorici aiunt totum & omnia tribus determinata eſſe,1.cœli,tex.cõmen.2.

Pythagorici duo hæc ſola principia dicebant dextrum/& ſiniſtrum.2.cœli.tex.cõmen.11.

Pythagoras opinatus fuit in medio ignem eſſe,aſſeruit & terrã circa medium circulariter moueri. 2.cœli.tex.cõmen.72.

Pythagorici uocati mathematica principia oĩum eſſe aſſeruerunt.1.meta.cap.20.

Pythagorici poſuerũt duo pricipia finitum & ĩfinitum,& talia ſunt ſcd̃m materiam & formã/non ſecũdum materiam & agens,ut erant apud antiquos naturales.1.meta.tex.cõmen.3.

Pythagorici poſuerũt numerũ eſſe ſubtũ oĩum entiũ.ibidẽ.uide etiã.3.phyſi.tex.cõ.25.&.26.

Pythagorici poſuerunt cauſas rerum naturalium res non conuenientes & non eſſentiales rebus naturalibus.1.meta.tex.cõmen.19.

Prothagoras redarguit geometras aſſerentes circulum tangere regulam in puncto.

Pythagoras trãſmigrationem animarum fabuloſe tradidit ad ciuilem aliquem uſum.1.de anima. tex.cõmen.53.& Themiſtius & Cõmentator.ibidem.

Pytuita eſt primi alimẽti excrementum,& ſi quid aliud huiuſmodi eſt.1.de generatone aĩalium. cap.18.ubi patet flegma & duas choleras ſcd̃m Ariſt.non eſſe humores,ſed ſuperfluitates ſanguinis,qui eſt uerus humor,& uerum alimentum.contra medicos.

¶De litera Q.

QVI POTEST ſaluare apparentia ex prĩcipiis finitis melius facit quàm qui ex ĩfinitis.1.phyſi.tex.cõ.50.&.56.ubi aduerte ꝙ Peripatetici paucitatem entiũ ubi fieri poteſt ſemp ꝓtulerunt multitudini,& hoc eſt maximum fundamẽtum in doctrina eorum.uide cauſam ab Auer.in cõmen.allegatis.

Quicqd recipit aliqd non recipit illud ſcd̃m ꝙ eſt in actu/ſed ſcd̃m ꝙ eſt in potentia.1.phyſi.cõmen.69.&.2.de anima.cõ.67.&.104.1. cap. de ſubſtantia orbis.3.cœli.cõmen.67.&.3.de anima.cõmen.4.

Qui dicit aliquid generari ex non ente,dicit ꝙ uel tranſmutatio eſt in priuatione/aut quòd eſt tranſmutatum ſine tranſmutatione.primo phyſi.cõmen.71.conſimile.8.phyſi.cõmen.4.&.15.

Quod non attribuitur corruptioni niſi propter rem corruptibilem exiſtentem in eo dicitur corruptibile per accidens.1.phyſi.tex.cõmen.82.

Quæ ĩueniunt in rebus naturalibus ex neceſſitate & nõ ſunt ꝓpter aliqd ſunt ex materia,ut mors & quæ inueniuntur ꝓpter aliquid ſunt ex forma.2.phyſi.cõm.88.idem.3.de aĩa.cõm.60.

Quod prædicatur in quid & conuertitur,eſt diffinitio.3.phyſi.cõmen.1.&.6.topicorum.

Quod mouet circa aliqđ quieſcens tantũ,& non mouetur in ꝯtinẽte,ut cœlum,eſt illud cuius motus non eſt per accidens extrinſecum à natura.Cõmenta.4.phyſi.cõmen.43.

Quibuſdam cœleſtibus corporibus quod contineantur ab aliis accidit ſibi.ibidem.

Quod ẽ in aliquo exiſtẽte in diſpõnibus diuerſis eſt unũ ſm ſubtũ/& duo ſm rõnẽ.4.phy.cõ.104.

Qui aufert diuiſibilitatẽ à tẽpore & à magnitudine,aufert uelocitatẽ & tarditatẽ.5.phy.cõ.62.

Quicquid menſuratur à ſua parte finitum eſt.6.phyſi.61.

Qui quærit rõnes ut deſtruat illud qđ apparet ſenſui,eſt debilis diſcretiõis.8.phy.tex.cõ.22.

Qui negat ſubiectum alicuius artis,artifex illius artis nõ habet uiã neq; ſermonẽ cũ eo,cum nõ habeat principia per quæ loquatur cum eo,quia negat principia ex quibus fundantur contradictiones negationis ſubiecti.8.phyſi.cõmen.22.

Verę cõcluſiones non declarantˀ niſi à ꝓpõnibus,& ꝓpoſitiones à ſenſu.8.phyſi.tex.com̃.22.

Verum duplex/neceſſarium/& poſſibile,uerum neceſſarium opponitur falſo impoſ̃i/& uerũ poſſibile opponitur falſo poſſibili.Cõmẽ.in paraphraſi primi de cœlo ſumma.10.parte.3.& colligitur ex tex.cõmẽ.119.primi de cœlo & mundo.

Veritas ſicut dicit Ariſto.cõuenit,& teſtatur ſibi omni modo.3.de anima.com̃.5.iuxta dimidium;& eſt authoritas Ariſto.primo ethicorum.cap̃.10. uerum uero conſonat ex omni parte, falſum autem ſtatim diſſonat uero.

Verum & falſum ſunt in eodem genere cũ bono & malo.3.de anima.tex.cõmen.34.

Veritas & falſitas quæ ſunt in intellectu ſpeculatiuo ſunt aliæ ab his quæ ſunt in intellectu operatiuo.3.de anima.tex cõmen.34.

Veritas quæ eſt in intellectu ſpeculatiuo eſt bonũ ſimpl̃r,& falſitas eiuſdẽ eſt malũ ſimpl̃r,ſed ueritas quæ eſt in intellectu operatiuo eſt bonum in reſpectu,& falſitas in eodem eſt malum in reſpectu.3.de anima.cõmen.34.

Veritatis comprehenſio nõ eſt impoſſibilis in multis rebus,& hoc eſt manifeſtum apud omnes.2.metaphyſi.cõmen.primo.& textu.

Veritatis comprehenſio quodãmodo eſt facilis,& quodãmodo difficilis.ibidem.

Veritatis comprehenſio indiget longitudine temporis.ibidem.

Veriſſimum eſt quod poſterioribus cauſa eſt,ut ſint uera.2.metaphy.tex.cõmen.4.

Vero primo quod affinius eſt illud eſt magis uerũ.4.metaphy.tex.cõ.18.cõſimile.2.meta.tex.cõ.4.

Verum aut nihil eſt ut Democritus ait,aut nõ eſt nobis manifeſtum.4.metaphy.tex.com̃.21.

Veritatem expectare à dicentibus ſermones falſos eſt uolãtia pſequi.4.metaphy.tex.cõm.21.

Veri & falſi diffinitio requiratur.4.meta.tex.cõmen.27.

Verum affirmationem habet in compoſito,negationẽ uero in diſiuncto.6.metaphyſi.tex.cõmẽ.8.

Verum & falſum ſunt in mente,& bonum & malum in rebus.6.metaphyſi.tex.cõmen.8.

Vera affirmatiua ſignificat compoſitionem,& uera negatiua ſignificat diuiſionem.

Veritas eſt adęquatio rei ad intellectũ/colligitur ex.9.primæ philoſophiæ.

Veritas ut declaratum eſt in ſua declaratione,eſt adęquatio rei ad intellectum.ſ. ꝙ ita ſit in anima ſicut eſt extra animam.Ex libro duſtructio.diſputa.prima/in ſolutione.22.dubii.

In tex.cõmen.21.ubi dicitur putans diuiſum diuidi,& compoſitũ componi uerus eſt, mentitur aũt contrario ſe habens/ atqꝫ res ipſę ſe habent, & parum infra/dicitur non propter nos exiſtimare te album eſſe,tu albus es,ſed propter te eſſe album nos hoc dicentes,uerum dicimus.

Verus reſpectus eſt particulariter, quia uniuerſalia non habent eſſe extra animam.12. metaphy. cõmen.27.idem ibidem.cõmentis.4.&.14.& alibi.

Veritas eſt cunctis rebus magis naturaliter deſiderata à uirtute intellectuali.Ex libro deſtructio. diſputatione prima in prooemio.

Veritas quę eſt in intellectu potentiæ eſt oppoſita falſitati,ſed ueritas quę eſt in intellectu agẽte & ſeparatis intelligentiis eſt ueritas ſimplex,cui minimum opponitur mendacium.Themiſti.3.de anima.cap̃.45. & habetur ex tex.ibidem.tex.commen.25.Vbi collige non omni ueritati opponi falſitatem,ſicut & de bonitate diximus in proprio loco.

Veritas nequit utplurimũ oſtendi,niſi illis qui per ſuã uiam recte ambulauerint,& ideo multæ,q̃ ſapientibus patefiunt demonſtratiue apparent uulgo ſomnia,& dat exemplũ de ſole qui eſt maior tota terra centum ſexaginta ſex uicibus.Ex libro deſtruc.diſpu.3.in ſo͛one.18.dubii.

Veſica ꝑciſa coire non põt niſi ad ipſum exordium ſuæ ceruicis,quãq̃ non ignoro ita aliquãdo cõtigiſſe ut uulnerata ueſica ſolideſceret,ſed quod admodũ raro contingit,parum id admodũ conſiderandum cenſeo.Ariſt.in.3.de natura animalium.cap.15.facit pro opinione Auer. aſſerentis in tertio colliget.in ægritudinibus monſtra contingere quandoqꝫ.

Veſica non eſt data niſi animalibus habentibus pulmonem,& uide cauſam.3.de parti.aĩa.cap.8.

Veſica inter animalia corticata omnia carent excepta teſtudine marina quæ pulmonem habẽt carnoſum & ſanguineum,& terreſtres,quæ proportione maiorem habent pulmonem,ibidem,fallit tamen in teſtudine lutaria nũcupata,quia talis & renes & ueſicã habet ut dicitur ibi cap.9.

Veſica carent animalia pennata & corticata,exceptis teſtudinibus.ibidem.

Veſica quare animalibus data ſit,uide Gal̃.4.de utili.parti.cap.18.authoritate Platonis

Veſpertilio uidet̃ ancipitis naturæ inter uolucres & terreſtria animalia,ex quarto de partibus animalium.cap.11.prope finem.

Veſpę uidentur generari ex corporibus equorum mortuorũ,& apes ex corporibus uaccarũ mortuarum,& ranę ex putrefactione aquæ,& muſciliones ex uino corrupto.12.metaphyſi.cõmen.18. in principio digreſſionis,ubi ponitur opinio Themiſt.uide de ueſparum generatione Ariſto.in 5.de natura animaliũ.cap.20.Vide in contradictionibus nuper editis.

Veſtes quæ mundiſſimæ ſunt citiſſime inquinant̃,nam purum diligenter monſtrat quicquid exceperit.ex libro de inſomniis Ariſto.& dicit,ꝙ ita etiam conuenit in animo.Vnde poeta.

Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet,quanto maior qui peccat,habetur.

Via doctrinæ eſt triplex genus demonſtrationis.ſ.demonſtratio ſigni/& demonſtratio cauſæ/& demonſtratio ſimpliciter.Auer.in ꝓlogo primi phy.Vbi aduerte ꝙ demonſtratio ſigni eſt ab effectu ad cauſam,& dicitur demõſtratio,quia eſt:uel à ſigno ſuper effectum,uel etiam per cauſam remotam ut colligitur,ex proceſſu Ariſto.in primo poſterio.Demonſtratio cauſæ tantũ,ſeu propter quid eſt quãdo eſſe effectus ſeu inhęrentia paſſionis in ſubiecto eſt per ſe nota ante demonſtrationem,ſed ignorat̃ ꝓpter quid illius.huius exẽplum accõmodatum exhibetur in.8.phy.tex. cõm.65.ubi demonſtratur ꝓpter quid eſt ꝙ ſi duo mobilia ęqualis uelocitatis per idem ſpatium in eodem tempore moueãtur,ſi unum moueatur directe motu continuo pertranſeundo totum ſpatium,alterum uero reflectat replicando medietatem bis,cuius pertrãſit primum totũ ſpatium quàm ſcd̃m medietatem replicatam,& eſt quia inter duos motus contrarios cadit quies media,patet enim ꝙ per talem demonſtrationem nõ aggeneratur de nouo ipſius,quia eſt aliqua cognitio, ſed ꝓpter quid tãtum,& ideo dicitur demonſtratio ꝓpter quid ſeu cauſæ tantũ.Demõſtratio ue

ro ſimpliciter ſeu demonſtratio dans cauſam,& eſſe ſeu demonſtratio potiſſima eſt quãdo,ut.d. Themi.in.2.poſteriorũ.cap.2.ut cõmuni examine utrãq; abſoluat cognitionem,& ut ſit,& q̃obrẽ ſit,& ideo ab Auer.dicitur plerũq; demonſtratio dans cauſam & eſſe,quia ſimul & ſemel facit co gnoſcere inhęrentiam paſſionis,& cauſam inhęrentiæ,& iſta eſt notabilis uia Cõmenta.clare in ſe cũdo cœli & mundi.in com̃.35.Et Latini expoſitores in libro poſteriorũ non uidentur intellexiſ ſe hmõi differentiam. Conſidera etiam q; ut ſcribit Cõmenta.in.1.cœli.com̃.95.q; demonſtratio nes ducentes ad impoſſibile ſunt de numero ſignorum,quia cum omnes ferè demonſtrationes, quæ fiunt in ſcientiis mathematicis ſint ducentes ad impoſſibile,tunc ibi erunt demonſtrationes ſigni/quod communiter non eſt conceſſum.

Via in rebus generabilibus per naturam eſt de ſpecie eius ad quem terminatur,ſed differunt ſcd̃m magis & minus.2.phyſi.com̃.14.idem.5.phyſi.cõm̃.9.&.3.phyſi.cõmen.4.

Via ad rem eſt aliud ab ipſa re.3.phyſi.cõmen.4.

Via quæ eſt inter potentiam & actum eſt de illo genere de quo eſt actus,& eſt idem cum actu,ſed non differunt niſi ſecũdum magis & minus.5.phyſi.cõmen.9.

Via legis differt à uia Phorũ,q̃a uia legis ſimplex & narrata ponit̃,ex diſpu.6.in ſolõne.6.

Vinum aromaticũ eſt melius quod reperiri poteſt in ſyncopi,& hoc eſt q̃d ſua caliditate penetrare poteſt per totum corpus,quod eſt ſine amaritudine & ſtipticitate,& eſt illud uinum q̃d eſt uino ſum,quod eſt pũgitiuũ in principio,& poſt eſt delectabile ſine amaritudine & ponticitate,& Sar racenis in hoc caſu licet uinũ bibere,quãuis eis prohibitũ ſit.7.colliget.cap.16.de cura ſyncopis.

Vinum digeſtioni citius pręparatur omnibus aliis cibis & medicinis,ita q; dicitur q; in ſtomacho non moratur ad digerendum,ſed in epate ſolum.ibidem.

Vinum dulce exhalat,pingue enim eſt & non coagulatur à frigore & uritur.ibidem.

Vinum quodcunq; paruam habet exhalationem,ideo emittit flammam.ibidem.

Vinum nouum habet plus terræ quam antiquum.4.meteororum.tex.cõmen.48.

Vinum unum dicit̃ & aqua una inquantum indiuiſibile ẽm ſpeciem.5.metaphyſi.tex.cõmen.9.

Vinum natationem cibi in ſtomacho uetat,uentoſitatem reſoluit,urinam prouocat & ſudorem, animam lętificat,& adiuuat naturam ad expellendum ſuperfluitates.7.colliget,cap.6.

Vina temporibus calidis fece ſubuerſa deprauantur.3.de generatione animilium.cap.2.

Vinũ & ceruiſia duabus reſiſtũt choleris & eas à corpore expellunt,melãcholiæ uero à tota ſpecie reſiſtunt.6.colliget.cap.6.

Vinum nouum abſolute eſt calidius antiquo,ſed in comparatione corporis humani uinũ antiquũ eſt calidius nouo.Auer.in.2.de generatione animalium.cap.2.ubi in ſimili conciliat dicta medico rum cũ dictis Ariſto.aſſerẽtium albumen oui eſſe frigidius uitello,cuius tamẽ oppoſitum ſentit Ari.inq̃t enim q; multę res abſolute ſunt calidores aliis q̃ in comparatione corporis humani ſunt frigidores.Et nota q; per hoc fundamentum multæ apparentes cõtradictiones inter Philoſophos & Medicos conciliari poſſunt in ſimilibus,nam Medici ſimplicium & compoſitorum complexio nes graduant in reſpectu corporis humani,medicina enim eſt ſcientia qua humani corporis diſpoſitiones noſcũtur,ut inquit Princeps,ex parte qua ſanatur/aut ab ea remouetur, ut habita ſanitas cõſeruetur,& amiſſa recuperetur.uide etiã in.2.de anima.cõmẽ.105.

Vini & olei natura maxime alienos odores ſuſcipit. Ariſt.in libro de inſomniis.

Violentia non intelligit̃ niſi in reſpectu naturę.1.cœli.cõ.62.&.14.& elicitur ex textu.

Vis ſenſibilis eſt in corde. Ariſt.3.de ptibus aĩalium/cap.de corde,& uide etiã pulchre Alexan.in pa raphraſi de aĩa.cap.ultimo,ubi arguit in quo loco/aut in q̃ corporis parte ſit aĩę principatus.

Violentum & id quod eſt pręter naturam non eſt in rebus ſempiternis.5.metaphyſi.tex.cõmen.6. idem.2.tex.cõmen.18.

Violentum non eſt manſiuum.12.meta.com̃.54.&.2.cœli.tex.com̃.18.

Vires retento ſpiritu augentur,ex.2.de generatione aĩalium.cap.4.

Violentum præter naturã eſt. Ariſto.in.5.de generatione aĩalium.cap.ultimo.

Violentiæ intentio non eſt niſi ut res moueatur contrario modo ſuæ naturæ/ tertio cœli.cõmen. 18.& elicitur ex textu.

Violente motum mouetur ex alio.3.cœli.20.

Violentia in rei ueritate eſt,ut aliq̃d corpus moueat alterũ corpus ab extrinſeco, ita q; in natura il lius corporis motoris non ſit,ut moueat illud quod ex eo mouet̃ ſemper,ſed in aliqua hora. Cõ men.3.cœli.com̃.20.¶ Ex quo patet q; propoſitio Põponacii nõ eſt uniuerſaliter uera q; oẽ quod

mouetur ab extrinſeco,moueatur uiolenter,etiam in motoribus corporeis.
Vipera ſola aial edit,poſtquã intra ſe oua edidit,cum cętera ſerpentũ oĩa genera oua edant in lucẽ, quo fit,ut uiperę uni uulua,ut chartilagineis fit.3.de natura aialium.cap.1.
Vipera ſola ex ſerpentibus aial gignit.1.de hiſtoria aiali.cap.6.&.5.libro.cap.ultimo.
Viperæ uina uenantur.8.de natura animalium.cap.4.
Viriditas eſt principium nigredinis, & ideo cauſæ quæ faciũt nigredinem,ſunt eædem cum cauſis facientibus,uiredinem,excepto ꝙ in uiriditate ſunt debiliores.4.colliget.cap.22. Et aduerte ibi ꝙ nigredo à calido & frigido cauſari poteſt.
Viri & mulieres pingues ſunt minus fœcundi,uide cauſam.1.de generatione aialium.cap.18.
Virtus quæ ſimplices terminationes apphendit pluris eſt atq; præſtantior uirtute quæ componit & diuidit,nam in cõplexione modo ueritas,modõ falſitas continet̃.intelligentia uero ſemper uera eſt.Amplius intelligentia attingimus rem & amplectimur,ſed per cognitionẽ quæ in cõplexione conſiſtit circuimus rem atq; luſtramus & circũſpicimus non accedendo. Themiſt.1.de anima. cap.26.ubi ponit differentiam inter intelligere & cognoſcere.
Virtus ſenſibilis princeps communis, quãuis ſit in corde,tamen non completur eius operatio maniſeſte niſi in cerebro,nucha,& neruis.3.colliget.cap.31.
Virtus augumentatiua non habet alia membra à membris uirtutis nutritiuę,ſed eadem membra ſunt utriuſq;.2.colliget.cap.10.de iuuamẽtis mẽbrorũ officialiũ miniſtrãtiũ uirtuti generatiuę.
Virtutes iſtę quatuor uel quinque.ſ.attractiua,retentiua,digeſtiua,& expulſiua,& diſcretiua ſunt in unoquoq; membro deſeruientes uirtuti nutritiuę principali exiſtenti in illo membro , & non ſunt ſeparatę,ſed ſunt ſicut multi operarii ſuper unum opus 2.colliget.cap.9.de iuuamẽ.mẽbrorum officialium.Nota tamen ꝙ iſtud eſt uerum ut in pluribus,ſunt enim aliqua membra in quibus non apparent eſſe omnes illę quinque uirtutes,ſicut dicit idem Auer.de inteſtinis in quibus non eſt maniſeſta uirtus attractiua,& ideo non habent tunicam longitudinalem,neq; uillos longitudinales quibus ſit attractio,quia cibus digeſtus in ſtomacho per uirtutem expulſiuã ſtomachi per portanarium tranſmittitur ad inteſtina.
Virtutis digeſtiuæ operatio non completur niſi per quietem,& uirtutis expulſiuę operatio perficitur per motum.6.colliget.cap.2.ideo Hippo.dixit,ſi uis elleborum ducere, moue corpus, motus enim corpora turbat,declarat autem nauigatio.
Virtus & malitia ad aliquid ſunt.7.phyſi.tex.cõmen.17.
Virtus eſt indiuiſibilis.7.phyſi.tex.cõmen.18.
Virtus cognitiua quemadmodum alia primatum obtinet,alia uero famulatur,ita & in parte practicę,ſiue actiua comperies,uis enim qua impellimur & appetimus quę impulſus,atq; appetitus dicitur,principatu fungitur,uis autem quæ neruis inſita eſt qua corpus actionibus quæ ab impulſu & appetitu proueniunt mouetur,famulatu ſuo ac miniſterio obſequitur.Alexan. in paraphraſi de anima.cap.de impulſu & uirtute impulſiua.
Virtutis & uitii nullum eſt medium.7.phyſi.tex.cõmen.18.
Virtus & uitium ſunt duo habitus qui acquiruntur conſuetudine paſſionum laudabilium , aut illaudabilium.7.phyſi.tex.cõmen.19.
Virtus & uitium ſequuntur paſſionem.ibidem.
Virtus uegetalis eſt propter ſenſile,ſenſilis propter appetitum,appetitus propter intellectum eſt. Alexan.in paraphraſi de anima.in cap.de impulſu & ui impulſoria,nam ſemper uilius eſt nobilioris gratia.
Virtus moralis maxime operat̃ in hoc,uidelicet ad ſciam,& maxime caſtitas.7.phyſi.cõ.20.
Virtus rõnalis eſt magis ſpũalis quàm imaginatiua,qa apphendit uniuerſalia.2.colliget.cap.7.
Virtutes quæ apphendunt particularia habitudinibus imaginatis ſunt tres.ſ.æſtimatiua & imaginatiua,& reminiſcibilis.2.colliget.cap.7.
Virtus motiua uolũtarie non eſt alia à uirtute motiua in loco,ut dicũt Medici.2.colliget.cap.7.
Virtutes naturales agunt unũ contrariorum per ſe,& aliud ꝑ accidens,ſed uirtutes rationales agũt utrũq; contrariorũ per ſe.8.phyſi.tex.cõ.8.&.9.primę philoſophiæ.tex.cõmen.2.
Virtutes rationales non quieſcũt quandoq;,& mouentur quandoq; niſi ꝑpter aliquam innouationem factam in anima,aut in corpore,aut in extrinſecis.8.phyſi.cõmen.8.&.15.
Virtutes quinque ſunt nutritiuæ animæ.ſ.attractiua,retentiua,digeſtiua,expulſiua, & diſcretiua. ſecundo colliget.cap.7.

Virtus

Virtus autem excellentię eſt.1.cœli.tex.com.116.ubi accipitur ꝙ definitio potentiarũ eſt per ſũmũ in quod poſſunt. Et aduerte ꝙ ut dicit dñs Albertus propoſitio locũ habet in omnibus potentiis & uirtutibus quæ habent rationem totius poteſtatiui tã in naturalibus quàm in moralibus, habet etiam locum in uirtutibus animæ ſcd̃m diuum Thomã, uide in.2.de anima.49.

Virtus creſcitiua eſt quaſi finis nutritiuę, & generatiua eſt q̃ſi finis creſcitiuę.2.colliget.cap.7.

Virtutes quæ ſunt in homine, ut dicũt phyſici & medici ſunt tres, uidelicet naturalis/uitalis/ & animalis.2 colliget.cap.7.

Virtutes actiuæ & paſſiuæ corporeæ diuiduntur ad diuiſionem corporis, & ideo omnes ſunt finitæ. Cõmen.in paraphraſi primi de cœlo ad finem.

Virtus pulſatilis eſt uirtus cibatiua, ſicut aliæ quinque uirtutes ei attributę, uidelicet attractiua/retentiua/digeſtiua/expulſiua/& diſcretiua.2.colliget.cap.7.

Virtutes actiuæ & paſſiuæ differunt, quia uirtutes actiuæ non idigent motore extrinſeco ut exeãt ad actum, ſed uirtutibus paſſiuis motor extrinſecus eſt neceſſarius.4.cœli.cõmen.2.

Virtus qua iudicamus iſtum eſſe Socratem aut filium Socratis, eſt ſuperior ad uirtutem ſenſus/ſecundo de anima.cõmen.134.

Virtus quælibet exiſtens in corpore compoſito/aut attribuitur primis qualitatibus.ſ.formæ complexionis, aut erit uirtus exiſtens in forma complexionali.3.de anima.cõmen.6.

Virtus imaginatiua eſt in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio, & rememoratiua in poſteriori, & hoc non tantũ dictum eſt à medicis, ſed dictum eſt in ſenſu & ſenſato: ubi per illud intellige librum de memoria & reminiſcentia, ubi uide ip̃m in col.2.ſnĩa Cõmen.eſt.3.de aĩa.cõmen.6.

Virtus cogitatiua apud Ariſto.eſt uirtus diſtinctiua indiuidualis quæ diſtinguit intẽtionẽ rei ſenſibilis à ſuo idolo imaginato.3.de anima.cõmen.6.& cõmen.20.&.33.&.2.de aĩa.cõ.63.

Virtus cogitatiua eſt de genere uirtutũ exiſtentiũ in corpore.cõ.6.&.3.de anima.& cõmen.7.

Virtutes idiuiduales ẽm Ariſt.ſunt diſtributę in q̃tuor ordinibus, in primo eſt ſenſus cõis/deinde eſt uirtus imaginatiua/deide cogitatiua, poſtremo eſt rememoratiua.3.de aĩa.cõmen.6.

Virtus rememoratiua eſt magis ſpiritualis, deinde cogitatiua, deinde imaginatiua, poſtremo ſenſus communis.ibidem.

Virtus imaginatiua & cogitatiua & rememoratiua nõ ſunt niſi ĩ loco uirtutis ſenſibilis, & ideo nõ indiget eis niſi in abſentia ſenſibilis.3.de aĩa.commen.7.

Virtutes aĩæ mixtę nõ iudicant niſi finitas ĩtentiones, & ſcd̃m conuerſionem oppoſiti, illud qđ nõ iudicat intentiones finitas neceſſe eſt ut nõ ſit uirtus aĩæ mixta.3.de aĩa.cõmen.19.

Virtus ap̃phendens ſimplicia & cõponens ea eſt una & eadem uirtus contra Auẽpacẽ, q tenuit uirtutem compoſitiuam eſſe aliam ab imaginatiua.3.de aĩa.cõmen.22.

Virtus cogitatiua quãdo iuuaẽ per uirtutẽ ĩformatiuã & rememoratiuã ĩnata eſt p̃ſentare ex imaginibus rerum aliquam quã nũquã ſenſit.3.de aĩa.cõmen.33.idem.cõmen.20.& com̃.5.

Virtutis cogitatiuę ĩtentio nulla eſt niſi ut ponat rẽ abſentẽ à ſenſu q̃ſi rẽ ſenſatã, & ideo comp̃hẽſibilia humana diuiduntur in hæc duo, uidelicet in comp̃henſibile cuius prĩcipium eſt ſenſus, & in comp̃henſibile, cuius prĩcipium eſt cogitatio.3.de aĩa.commen.33.

Virtus cogitatiua non eſt ĩtellectus materialis neq; eſt ĩtellectus in actu, ſed uirtus particularis materialis.3.de anima.commen.33.

Virtus cogitatiua non componit ĩtelligibilia ſimplicia, ſed ĩtellectus materialis.ibidem.

Virtus cogitatiua hoĩs habet ĩſtrumẽtũ terminatũ, & eſt medius uẽtriculus cerebri.3.de aĩa.cõ.33.

Virtutes ſenſibiles q̃dã ſunt neceſſarię aĩalibus, q̃dã uero ſunt pp melius & oẽs diuerſanẽ ẽm fortitudinem & remiſſionem.ex prĩcipio cõmenti libri de ſenſu & ſenſato, uide in cõcordantiis.

Virtus conſeruatiua & memoratiua ſunt unum in ſubiecto, & duo ſecũdum modum, ex cõmento libri de memoria & reminiſcentia.

Virtus imaginatiua eſt in orizonte anteriori cerebri, & uirtus diſtĩguens eſt in medio, in poſteriori uero cerebri eſt uirtus memoratiua & conſeruatiua.ibidem.& in ſecundo colliget.cap.20.de iuuamentis cerebri & partium eius.

Virtutes non mouentur niſi ſcd̃m ſuum ſubiectũ, ex cõmento libri de ſomno & uigilia.

Virtus rememoratiua & cogitatiua nõ agũt in ſomno, ſed uirtus imaginatiua eſt q̃ ſemp eſt ĩ motu & actiõe cõtinua, & ideo actio ſomniãdi ipſi attribuiẽ, ex libro de ſomno & uigi.Cõmẽta.

Virtutes interiores ſunt perfectiones apud quietem uirtutum exteriorum. Cõmenta.in cõmen.libri de diuinatione ſecũdum quietem.

Virtutes ſenſibiles in pfunde cogitãtibus ꝯtrahunt īterius/adeo ꝙ accidit ſomnus magnus.ibidē.

Virtutes interiores in his qui nati ſunt ſine auditu & uiſu,ſunt perfectiores.ibidem.

Virtutes īteriores quādo mouebunt forti motu,ꝯtrahentur uirtutes exteriores adeo ꝙ forte accidet ex hoc epilepſia aut ſyncopis,& ideo accidit in diſpōne ſiſi epilepſię.ibidem.

Virtus q̄libet in materia exiſtens eſt finitæ motionis.3.cap.de ſubſtantia orbis,&.8.phyſi.tex.cōmē.79.12.primæ philoſophiæ.tex.cōmen.41.

Virtutes actiuæ ſunt caliditas & frigiditas,paſſiuę autem ſunt humiditas & ſiccitas.4.meteororū.tex.cōmen.1.&.2.de generatione & corruptione.tex.cōmen.8.

Virtutum rōnalium alia opinatrix/alia ſcientifica.6.ethicorum.cap.2.uide pulchre Alexādrum in paraphraſi de anima/capite de uirtute rationali.

Virtus altrix eſt in corde,uide Ariſto.in.3.de partibus aīalium.cap.4.de corde,& Alexā.pulchre in paraphraſi de aīa.cap.ulti.ubi agit in qua parte cordis ſit pricipatus animæ.

Virtus regitiua corporum eſt uirtus nutritiua,& dicitur natura à Medicis,& uide cauſam in paraphraſi metaphy.tracta.1.cap.ultimo.

Virtus īformatiua non format alia membra niſi mediante calore cordis,ſicut uirtus nutritiua nō facit ſuas operationes niſi mediante complexione ſua.4.colliget.cap.2.

Virtutes īformatiuę in ſeminibus exiſtentes ſunt,ex habente ſemē & ſole,illa autem quæ eſt ex putrefactione,eſt à ſole tantū.12.metaphyſi.cōmen.13.

Virtutes naturales generatiuę ſiſes ſunt uirtutibus artificialibus.7.metaphy.cōmen.23.uide ſecūdo phyſi.cōmen.79.&.7.metaphy.cōmen.31.

Virtutes informatiuæ exiſtentes in ſeminibus ſunt uirtutes diuinæ, & ſm Ariſto.in libro de aīalibus aſſiſantur ītellectui in hoc ꝙ non agunt per īſtrumentum corporale,& in hoc differunt à uirtutibus naturalibus quæ ſunt in corporibus aīalium,iſtę enim nō agūt actione ītellectus operatiui,ſed agunt per īprimenta terminata & membra propria.7.metaphy.cōmen.31.uide Ariſt. authoritatem in ſecūdo de generatione aīalium.cap.3.

Virtus īformatiua non agit per membrum proprium,& ideo dubitauit Galenus, & dixit, neſcio utrum ſit uirtus ſit creator aut non.7.metaphy.cōmen.31.

Virtus īformatiua agit per calorem qui eſt in ſemine,non ita ꝙ ſit in ſeminibus,ſicut anima in calore naturali,ſed ita ꝙ ſit īcluſa in eis ſicut anima in corporibus cœleſtibus,& ideo Ariſto.magnificat hanc uirtutem,& attribuit illam principiis diuinis non naturalibus.7.metaphyſi.cō.31. Inde collige ītelligentiam non eſſe in corporibus cœleſtibus ſicut aīa eſt in calido naturali.ꝯtra rudes.

Virtus ſenſualis ab altrice differt,quia ſeparantur in eſſe ut in ſtirpibus.item altrix eſt in omnibus partibus corporis,ſecus ſenſualis,qa capillis/unguibus/oſſibuſq; nullus eſt ſenſus.amplius ſenſualis utitur cogitatione & iudicio,altrix uero actione ſola.amplius non ſemper utimur ſenſuali/& uacatio eius eſt ſomnus,ſemper uero utimur altrice/& uacatio eius mors eſt, unde altrix etiam in ſomno operat & uiget magis,ſenſualis uero tunc feriatur & quieſcit.Alexander in paraphraſi de anima,in caplo de impulſu & ui impulſoria.

Virtutes quędā animę,ut cibabilis/ſenſitiua/& imaginatiua/& deſideratiua non habēt eſſe niſi cum materia.12.meta.cōmen.17.authoritate Alexandri.

Virtutes q̄ ſunt in ſeminibus q̄ faciunt aīata,non eſt neceſſe ꝙ ſint aīatæ in actu/ſed in potētia, ſicut domus q̄ eſt in aīa domificatoris eſt domus in potētia & nō eſt domus in actu.12.meta.cō.18.

Virtutes exiſtentes in ſeminibus aſſimilātur uirtutibus artificialibus, & ſm Ariſt.in lib.de aīalibus ſunt uirtutes diuinę q̄ habent potentiā dandi uitā & ſimiles uirtutibus q̄ dicūtur intelligētiæ, qa perducunt ad finē.12.primæ phiæ.cōmē.18.idem.7.meta.cōmen.31.

Virtus quę dat aīam,à Galeno uocat formatiua, & quidā ſapiētum dicūt ꝙ iſta uirtus eſt ſeparatū principium.quidā uero iſtorū dicūt ꝙ eſt intellectus,& quidam ꝙ eſt aīa, & quidā ꝙ eſt corpus cœleſte,qdam dicūt ꝙ nō eſt aliud niſi Deus,& ideo Galenus dubitauit utrū agens iſtā actionē ſit ipſemet Deus,aut aliud.ex lib.deſtruc.diſpu.3.in ſolo.18.dubii.idem in.7.meta.

Virtus quælibet corporea finita eſt prout diuiditur diuiſiūe ſui ſubiecti. ex libro deſtructionum/diſputatione.3.in ſolutione.18.dubii.

Virtus uoluntaria motiua duplex,cōis & eſt in corde ideſt in muſculo mouente cor,& particularis/& eſt muſculo proprio uniuſq; mēbri.2.colliget.cap.18.de iuuamentis membrorum motus uoluntarii.contra Petrum Pōponacium.

Virtutis animalis principiū ibi eſt ubi eſt primum animę inſtrumentum qđ eſt ſpiritus,tale autem eſt cor.

eſt cor.contra Gale.in.2.de partibus aīalium/cap.de cerebro Auerroes.
Virtus uitalis eſt in corde ſm Gal. & eſt diuerſa à uirtute aīali ſenſitiua & motiua q̄ eſt in cerebro, & à uirtute nutritiua q̄ eſt in epate: & dicit iſtam fuiſſe q̄ſtionem Platonis & Hippocra. Cōmē.3. de partibus aīalium in cap.de corde/in digreſſi.de principatu mēbrorum.
Virtus tertia dari non pōt,alia uidelicet à nutritiua & ab aīali,ut poſuit Galenus, quia tūc daretur tertia actio diſtincta à nutritione/ſenſatione/& motu.3.de ptibus in cap.de corde.
Virtus augumentatiua aīalium eſt maioris ramificationis q̄ uirtus augumentatiua plantarū.Auerroes in.3.de partibus animalium/in caplo de corde.
Virtus informatiua exiſtens in ſemine non eſt aīa nutritiua,ut imaginatus eſt Auicē. Auer.in.2.de generatione aīalium/cap.quo quęrit utrū ſemen ſit animatum.
Virtus īformatiua non eſt ſuba ſeparata,ut imaginatus eſt Abubacher ſm ſnīam Ariſt.ibidem.
Virtus informatiua eſt ſimilis arti & intellectui.ibidem.& in.7.primę philoſophiæ.com.31.
Virtutes q̄dam partiales aīæ nutritiuę īſunt corpibus plures exiſtētes,quarū quędā eſt attractiua cibi,quędā expulſiua excremēti cibi,alia retētiua ipſius alimēti donec fiat ↄcoctio, alia eſt diſcretiua excrementi ab ipſo alimēto. Auer.in.2.de generatione aīalium/cap.2.in quinta pagina.
Virtus q̄libet actiua aut paſſiua reqrit in opatione ſua quantitatē terminatā & qualitatē terminatā. ex.2.de generatione aīalium Auer.in cap.3.ubi declarat q̄uo fœtus in utero aīalium augeatur.
Virtutis bonitas & malitia ſequūtur bonitatē & malitiā cōplexionis,& ꝓpterea à Medicis ponunť in eodē genere.7.colliget.cap.9.de cura putridarū febrium in generali.
Virtutum actiuarū gradus ſuper unā eādē cōplexionem ſunt ſm comparationē graduū uirtutum paſſiuarum.Aurroes in.2.colliget.cap.de complexionibus mēbrorum conſimilium.
Virtus diſcretiua & ſeparatiua differūt in eſſe & tempore.3.colliget.cap.16.
Virtutum diuerſitas eſt cauſa diuerſitatis inſtumentorū,& non ècontra. Auerroes in.4.de generatione animalium,cap.primo & elicitur ex textu.
Virtutes apꝑhendentes materiales.ſ.ſenſitiuę non apꝑhendūt ſeipſas neq; finem ſuę diſpoſitionis. ex libro de continuatione intellectus abſtracti cum homine.
Virtus extimatiua eſt q̄ apꝑhendit eſſentiā particulariū exiſtentiū ſub uniuerſali , & uirtus remiſniſcibilis eſt recordatiua illorū particulariū q̄ ſunt comprehenſa ab illa uirtute ꝓpria, & uirtus imaginatiua eſt illa,à qua extimatiua apꝑhendit ſuam impꝛſſionem. Auerro.ſecūdo colliget.cap. 7. Ex illo loco intelligis dictū eius in.3.de aīa.cōmen.6.ubi Cōmen.poſuit uirtutem memoratiuā magis ſpiritualē aliis uirtutibus interioribus. nam ſnīa eius eſt ꝙ imaginatiua apꝑhendit cōfuſe ipſum particulare, ſed extimatiua ſeu cogitatiua eſt q̄ diſtincte elicit ſpēm pticularis & cognoſcit eſſentiam particularis,ſed uirtus reminiſcibilis uerſať circa facere reminiſci illius pticularis oprehēſi cognitionē:ita ꝙ obtū reminiſcibilis eſt ī altiori gradu ſpūalis,qa obiectū extimatiuę ē eſſentia rei particularis, ſed obtū reminiſcibilis eſt illius particularis cognitio reuocata auxilio eius.
Virtus attractiua nō eſt in granis quādo ſeminanť & naſcūtur/niſi quādo ſeminanť integra,& ſi ſeminarenť fracta non naſcerenť:quia hæc uirtus attractiua eſt in eis q̄ſi forma ſpecifica in totalitate totius grani fixa,hoc eſt quādo partes ſunt cōtinue cōiunctę ſimul,& hoc eſt ſimile calori ſmeraldi uel alterius lapidis precioſi,quia quādo partes ſunt coniunctæ in eis,& quādo ſeparatę ſunt priuantur ab eis, & Auenzoar reprehendit Medicos facientes aquam ordei ex ordeo prius fracto deinde infuſo in aqua.5.colliget.cap.31.
Vis ſenſualis differt ab appetitu,quia illa utitur iudicio,hæc uero actu:appetitus enim ad actiuam partem ſpectat,quādoqdem aīalium motionū cauſam habet:appetitus etiā à ſenſuali differt ordine functionum & tpe: priores eni ſunt actiones,quę à ſenſu,& ſenſum conſequente imaginatione proueniūt,actionibus appetitus,& ante appetitum oīno ſenſus eſt:non autē ſemper poſt ſenſum appetitus eſt:& ideo nō ubi eſt ſenſus,ibi & appetitus ē. Amplius uis ſenſualis in paſſione q̄dam ſiue affectione eſt:appetitus uero agendi & operandi facultatem habere uidetur. Alexander in paraphraſi de anima/caplo de impulſu & ui impulſoria.
Viſus cōpꝛhendit album per ſe & nigrū per accidēs,ut eſt priuatio albi, & hoc eſt uniuerſaliter in cōpꝛhenſione habituum & priuationū.4.phyſi.cōmen.118.
Viſibilia mouent media quouſq; motus eorū perueniat ad uirtutem corporalem.2.cœli.cōmē.12. &.7.phyſi.cōmen.12.&.2.de anima.cōmen.115.
Viſio aliquibus contingit à remotis melius,aliquibus à propinquis.& uide cauſam.3. colliget.cap. 38.Vbi reprobatur quæſtio illorum qui aſſerunt cauſam illorum qui melius uident à remotis

eſſe propter ſpiritus groſſitiem.

Viſus uniuerſaliter nõ dicitur ꝙ ſit fortis niſi quãdo uidet res remotas, ſicut dicit ꝙ turtur habet oculos ſimiles colori rubini,& uidet multũ longe,& dicit ꝙ habet fortem uiſum,& hoc accidit ei propter claritatem inſtrumẽti & bonitatẽ ſenſus.3.colliget.cap.38.

Viſus ꝓprietas eſt ꝙ nõ recipit colores denudatos à materia.3.colliget.cap.38.de ſenſu uiſus & de accidentibus.& uide in concordantiis nuper editis.

Viſus media ſunt duo elẽta,uidelicet aer,& aqua:hęc enim media ſunt inter materialia & formalia, quãuis ignis ſit ueracius medium iter materiã & formã.3.colliget.cap.38.

Viſus accidentia habent cauſas naturales ueras in naturali philoſophia declaratas,ſed cauſæ datæ à Medicis ſunt fundatæ ſuper falſa fundamenta.ibidem.

Viſus eſt prior tactu,quapropter & ſubiectum eſt natura prius.2.de generatione & corruptione. tex.cõ.7.ubi aduerte ꝙ ſubiectum ſumitur pro obiecto,ſic etiam ſumitur.2.de anima,com.144. &.136.&.3.de anima,in cõmento.5.in ſolutione primæ quæſtionis.

Viſibile quoddam in lumine,& quoddam in tenebris.2.de anima.tex.cõmen.72.

Viſibilia in obſcuro non uidentur ſm colorem ꝓpriũ.2.de anima.cõm.73.&.72.ubi nota ꝙ talia colores non ſunt quæ in tenebris uidentur & non in luce,& non comprehenduntur in diffinitione coloris:ſiquidẽ color eſt qui actu perſpicui mouẽdi facultatem habet,ut notat Alexander in paraphraſi,cap.12.ubi agit quæ ſint ſenſibilia per ſe & quæ per accidens.

Viſio non poteſt fieri per uacuum contra Democritum.2.de anima.tex.cõmen.74.

Viſu non ſentimus nos uidere nec auditu quũ audimus.ex libro de ſomno & uigi.Cõtra Thomã de Garbo & Petrũ Põponacium,qui ponũt ſenſus apprehendere ſuas actiões ꝓprias.uide Themiſtium ibidẽ cap.6.& in.2.de aĩa,in expõne tex.cõ.148.& ſm diuiſionẽ Græcorũ & Themi.eſt in.3. de anima.cap.8.uide Alexandrnm in paraphraſi de anima,capite de ſenſu cõmuni.

Viſus eſt dignior tactu.Ariſtote.in libro de inſomniis.ubi Themiſtius ibi,cap.12.dicit ꝙ uiſus eſt acrior & certior tactu. uide in concordantiis nuper editis.

Viſibile magis in ſe nõ ſequitur ut ſit magis uiſibile apud nos:ſol enim eſt magis uiſibilis ꝗ color, ſed non eſt magis uiſibilis à uiſu noſtro ꝓpter mixtionẽ uiſus noſtri cũ materia.3.de anima,cõ.36.

Viſus,olfactus,& auditus idigẽt medio extrinſeco,ꝓprium tamẽ uiſus eſt quod indiget cũ medio luce:non enim uidet in obſcuro.ex libro de ſenſu & ſenſato.

Viſum qui argumentantur à lineis radioſis exeuntibus ab oculo ad rem uiſam: dico ꝙ inuentio talium linearum non habet intentionem ſm ſenſum ſed ſm intellectum ut intelligatur quaſi ut exeant ab oculo.3.colliget.cap.38.ubi uide quomodo uiſio fiat,& ibi pulchra iuenies.

Viſio fit per lineas & pyramidem & hoc eſt uerum,ſed huiuſmodi menſuræ nullum habent ſubiectum niſi medium diaphanum.Cõmentator in libro de ſenſu & ſenſato.

Viſus p pupillam ita paruã cõprehendit maxima corpora,ita ꝙ cõprehendit medietatẽ ſphęrę mũdi,& hoc oſtendit ꝙ colores non recipiuntur in eo ſm extenſionem corporalem ſed ſpiritualem. Cõmentator in libro de ſenſu & ſenſato:& pondera bene hoc.

Viſus nõ igni ſed aquę in oĩbus tribuẽdũ eſt.Ari.cõtra Empedoclẽ in.5.de generatione aĩaliũ,cap.1.

Videre acute dr̃ duobus modis,aut qđ procul poteſt cernere,aut qđ differẽtias rerũ quę cernunt ꝗ maxime cernat.5.de generatione animalium.cap.1.&.2.& ibi uide differentiam.

Viſibilia non ſunt minus uiſibilia quando uidentur ꝗ quãdo non uidentur.7.metaphy.cõm.46.& eſt authoritas expreſſa Ariſto.ibidem in tex.cõmen.58.

Viſibilis uirtus uidet ſe in ſpeculo ſine alteratione,& ſi hoc poſſibile eſt de uiſu quãto magis illud erit de itellectu.12.metaphy.cõmẽ.39.authoritate Alexandri.

Videre quãuis nobilibus ſit quàm non uidere,tamen hoc non eſt ſimpliciter, ſed in nobilioribus præſtat non uidere uilia quàm uidere.12.metaphy.tex.cõmẽ.51.

Viſus ſedes ſeu organum eſt in cerebro,& quare.uide in.2.de partibus aĩalium.cap.10.

Viſus aquæ naturam obtinet.ibidem.& in.2.de anima.tex.cõmen.130.

Viſus optimus iter multũ & parũ humoris moderatus cõſtat.Ariſt.in.5.de gene.aĩa.cap.1.

Viſum uidere ſeipſum eſt ſermo in ultimo ſophiſticatiõis & inuolutionis.ex diſputationibus phyſicis,in ſecũda diſputa.in ſolu.6.dubii.

Viſcera multiplicant & uentres in aĩalibus ꝓpter quatuor cauſas,aut oẽs,aut alteram ipſarũ.3.de partibus aĩalium:in cap.de uentre ab Auer.& habetur ab Ariſt.ibidẽ in cap.14.

Vitulus marinus & delphinus & cetarum genus medium uidetur eſſe inter aquatilia animalia & terreſtria.

terreſtria.4.de partibus animalium.cap.11.prope finem.
Vitulus marinus animal generat,& habet lac/parit ſingulos aut geminos,& utplurimũ tres,& mã mis quas geminas habet,educat fœtum ritu q̃drupedum.6.de natura aĩalium.cap.12.Ex quo pa tet non ueram eſſe Galeni ſententiam in libro de interioribus/quòd natura tot mãmas animali/ bus tribuit,quot proles utplurimum concipere poteſt.
Vitulus marinus ſolus ĩter animalia quadrupedia uiuipera auribus caret.& uide cauſam in.5.de generatione animalium.cap.2.
Vites quãdo nimio alimento luxuriant,parũ ſunt fœcundę,& tunc hercire dicuntur.& uide cau/ ſam in.1.de generatione aĩalium.cap.18.idem in.5.de hiſtoria animalium.cap.14.
Vitis quædam eſt quã aliqui capneum uocant/ quæ cum uuam albam ſoleat ferre,ſi nigram tu/ lit,monſtrum id eſſe non putant,qm̃ ſępiſſime id facere ſoleat,cauſa eſt,ꝙ ſua natura inter albam & nigram eſt.Ariſto.in.4.de generatione animalium.cap.4.
Vitrum rarum eſt & eſt durum,& uitrum leue eſt/ſed non humidum:& ſimiliter uitrum graue eſt & rarum.contra Alexandrum.2.de generatione.cõmen.15.
Viuum omne organicũ eſt ĩſtructũq; eſt,de mortalibus & genitis loquor,q̃bus ad uitã p̃ſidio cibi ſit opus.Them̃.2.de aĩa.cap.5.in expõne diffinitionis aĩæ.¶ Vbi ſcire poteris quãtũ deuient à uia Peripateticorũ illi,qui aſſerũt diffinitionẽ aĩæ cõpetere ĩtelligẽtiæ:cum(ut inq̃t Them̃.)aĩa nõ ſit actus cuiuſcũq; corporis/ſed naturalis,neq; cuiuſlibet/ſed uiui.Viuũ aũt omne organicum eſt ex corruptibilibus:unde in cœlo q̃d eſt uiuũ & aĩatum non eſt organizatio,q̃a illa non indiget,licet enim ſtella ſit nobilior pars orbis,tamẽ ea nõ eſt organũ ex ſimplicibus cõpoſitũ,ſed eſt eiuſdem ſimplicitatis ſicut & orbis,idem habetur à Themi.primo de anima.cap.24.
Viuentia & inanimata in rei ueritate indigent motore extrinſeco,ſed eſt latentius in rebus haben/ tibus animas 8.phyſi.cõmen.17.& tex.cõmen.20.
Vita & tempus uniuſcuiuſq; menſuratur periodo.2.de generatione & corrup.tex.cõmen.57.iuxta illud poetæ.Stat ſua cuiq; dies.& ſcriptura dicit.Numerus dierum ſuorum apud te eſt.hic tamẽ cõſidera de q̃one Medicorum an uita naturalis bñficio artis medicinæ poſſit ꝓtelari naturaliter.
Vitæ actionis ſunt quatuor genera, quorum unũ eſt ĩtelligere.ſcd̃m ſentire,tertiũ moueri/& quie/ ſcere in loco,quartum nutriri/augeri/& diminui.2.de anima.tex.cõmen.13.
Viuere in lingua gręca dr̃ de omni habẽte uirtutẽ nutrimẽti.2.de aĩa.cõ.17.et habet ex tex.ibidẽ.
Viuentia quælibet ſiccis/humidis/calidis/& frigidis/aluntur.2.de anima.tex.cõmen.28.
Viuere uiuentibus eſt eſſe.2.de anima.tex.cõmen.37.
Vitæ naturalis menſura eſt ſm̃ menſurã humiditatis radicalis in quolibet indiuiduo ꝓportionato ꝓportione duplici, ut eſt declaratũ ĩ libro de cauſa breuitatis & lõgitudinis uitę.3.colliget.cap.11.
Vita diffinitur nutritione/& auctione.2.de anima.tex.com̃.3.idem Alexander in paraphraſi.cap.8. & in fine.ubi etiam agit de ordine potentiarum animæ.
Vita æquiuoce dicitur de ſuperioribus & de iſtis.3.de anima.cõmen.60.&.2.cœli.60.&.71.
Vitæ hominũ ſequũtur cordis ꝓportionẽ cõplexionalem.ex cõ.libri de lõgitudine & bre.uitę.
Vita eſt in anima & ſimiliter fœlicitas,quia qualis quædã uita fœlicitas eſt.9 metaphy.tex.com̃.16.
Vita æquiuoce dicitur de rebus æternis & corruptibilibus.ex diſputa.11.in ſolutione primi dubii.
Vita procedere nõ poteſt ab eo q̃d uitam nõ habet:ſi enim hoc eſſet poſſibile,ſequeretur ꝙ entitas procederet ab eo q̃d non eſt ens.ex diſputa.11.in ſolutione primi dubii.
Vltimum exigit id cuius eſt ultimum.2.phyſi.cõmen.18.
Vltimum uult non omne eſſe finem , ſed optimum.2.phyſi.cõmen.& tex.23.&.31.&.2.metaphyſi. tex.cõmen.8.&.5.metaphyſi.tex.cõmen.3.
Vltimum nobile conuertitur cum fine.2.phyſi.cõmen.23.
Vltimum intentum in rebus uoluntariis uidetur bonũ,ſed nõ eſt in rei ueritate:ſed ultimũ intẽtũ in rebus naturalibus eſt ſemp bonũ.2.phy.cõmẽ.31.uide cauſam.12.primæ.philoſophiæ.cõmẽ.18.
Vltimum duplex,nobile/& ultimum proueniens ex neceſſitate materiæ.primum eſt finis motus. ſecundum eſt ſicut mors.2.phy.cõmen.23.uide etiam.2.phy.tex.cõmen.87.uide differentiam in/ ter iſta ibi cõmento.23.in calce cõmenti.
Vltima ſunt in loco per accidens.Cõmen.5.phyſi.cõmen.22.
Vltimum & cuius eſt ultimum alterum eſt.6.phy.cõmen.1.
Vltima ſunt in habentibus ultima.6.phy.cõmen.26.
Vltimum in intentione eſt principium in actione.3.de anima.tex.com̃.49.idem.2.phyſi.tex.cõ.89.

Vltimo non eſt ulterius.10.meta tex.cõmen.14.
Vltima unius diſtantia plura quàm duo eſſe non poſſunt.ibidem.
Vltimum non eſt niſi unum,quemadmodum & primum.10.metaphy.cõmen.14.
Vltimum concaui lunæ eſt locus ignis,& iſtud uocatur ab Ariſto.ultimum,& ultimum concaui ignis eſt locus aeris,& aeris aquæ,& aquæ terræ,& hoc ultimum concaui aquæ Ariſto.uocauit medium.4.cœli.comen.23.idem.4.phy.cõmen.46.
Vltima ut ſuperficies/linea/& punctus non tranſferunt᷑ in ubi,niſi per accidens.4.phy.cõmen.9.
Vmbilicum habentia omnia,per umbilicum augentur.7.de natura animalium.cap.8.
Vmbra ſecundum Philoſophos non proprie ſed largo modo dicitur cauſari à corpore,& uide cauſam libro deſtructio.diſpu.3.in ſolutio.2.dubii.
Vngues ſunt ꝓpter duo iuuaméta,unũ qđ eſt cõmune & eſt ꝓpter cõſeruationem extremitatum digitorũ, ſicut ponit᷑ ferrũ in extremitate haſtæ.ſcđm eſt ꝓpter ſuſtentamẽtum extremæ carnis digiti quando capit aliquid,& iſtud eſt magis ꝓpriũ unguibus manus q̃ unguibus exiſtétibus in pede.2.colliget.cap.8.Ex quo patet ſolutio ad motiua Galeni contra Ariſtotelem.
Vnum numero quãdoq; in ſciẽtia diuina dicit᷑ de ſubſtantiis ſeparatis,quibus plus conuenit dici ꝙ ſint unũ numero q̃ aliis,qa ſunt indiuiſibiles ſm qualitatem,quia non cõponuntur ex materia & forma,& etiã ſm quãtitatẽ:& iſte modus uidet᷑ ꝙ ſimilat᷑ partim uni ĩdiuiduali,& partim uno ſpecifico indiuiduali,qa non prædicatur de multis/neq; dicit᷑ ullo pacto de ſubto:aſſimilatur aũt uni ſpecifico inquãtum eſt una res ꝑ ſe ĩtelligibilis.Auer.in tractatu.1.in paraphraſi metaphyſicę.
¶ Ex quo ſcire poteris utrũ unitas numeralis & numerus in intelligentiis ſeparatis ſit accidés,& in ꝑdicamento q̃titatis.de quo multi Theologi noſtri dubitauerũt.Et nota ꝙ iſtius rationis eſt unitas numeralis quæ demonſtratur de mundo in primo cœli ab Ariſtotele.
Vnum opponitur multitudini pluribus modis.uidelicet primo ſm diuiſibile & indiuiſibile,quæ eſt oppoſitio ſm priuationem & habitum:& alio modo ĩquantum ꝓprietatis unius opponũtur ꝓprietatibus multitudinis.unum enim habet quaſdam ꝓprietates ut eſſe idem in ſuba/& æquale in q̃titate,& ſimile in qualitate/multitudinis uero in ꝓprietates ſunt oppoſitæ illis.ex paraphraſi metaphyſicæ,tracta.3.colum.12.ibi.Et dicamus ꝙ unum opponitur multitudini multis modis.
Vnum qđ eſt principium numeri impoſſibile eſt ꝙ opponat᷑ multitudini ꝑmotum cõtrarii,quia eſt ſibi cõtrarium paucũ.tracta.3.in paraphraſi/in colũ.14.ibi & dicamus ꝙ impoſſibile eſt ꝙ unũ opponatur multo per modum contrarii.& uide ibi etiam alias rationes ad hoc.
Vnum opponitur multitudini & priuatiue & relatiue ſed duobus modis uariis.ibidem.
Vnum menſurat multitudiné,ſed iſta mẽſuratio non eſt de eſſentia unius,ſed accidit ei ſicut ignis eſt cauſa rerũ ignearum,& tamé eſt ignis abſq; hoc ꝙ ſit cauſa.ex eo igitur ꝙ ignis eſt,eſt in ꝑdicamento ſubſtantiæ,ſed ex eo ꝙ eſt cauſa,eſt in prædicamento relationis.ibidem.
Vni cum unũ tm̃ dicatur eſſe contrarium,quomodo æquale opponitur paruo & magno?ſoluitur hoc dubium quia opponitur eis per inęquale.ibidem.col.15.
Vnum non ordinatur niſi ab uno,habet ueritatem de agente inquantum eſt agens,non inquantũ eſt forma & finis,quia forma & finis dicuntur agentia quodammodo ſimilitudinis.tractatu.4.in paraphraſi metaphy.col.14.
Vnum reperitur in omnibus ꝑdicamentis,& ſimilr̃ numerus:ueruntamen unum quod eſt principium quantitatis diſcretæ non eſt illud unum qđ dicitur ſm prius & poſterius de oĩbus generibus,neq; etiã ille numerus qui eſt in quãtitate,eſt ille numerus,qui reperit᷑ in unoquoq; genere.Auer.in paraphraſi.3.meta.tracta.4.colum.6.& in principio ſeptimæ,uide etiam pro hoc contra Auicen.4.meta.cõmen.3.
Vnum numero dicitur multis modis.Auer.in paraphraſi metaphy.tractatu.3.colum.6.
Vnum quod eſt ſynonymum enti differt à nomine entis in modo tantum,nam quando capitur quidditas eius ex eo ꝙ eſt indiuiſibilis eſt unum,ſed ſi ſumitur ut eſt quidditas tantum,tunc nuncupatur eſſentia & ens.ibidem.tractatu.3.col.7.
Vnum numero in q̃titate & multa conſiderantur à mathematico,& etiam à diuino.Sed duobus modis diuerſis.ibidem.columna.7.
Vnum numero cum concipiatur per priuationem multitudinis,& ipſum ſumitur in diffinitione multitudinis quæ eſt numerus uidet᷑ ꝙ ſit diffinitio circularis,Et fuit dubium Auicé.Ad qđ Cõmentator reſpondet,ꝙ hoc eſt ſicut de diffinitione relatiuorum,quia talia licet ſeipſa diffiniant,tamen unum eſt cauſa alterius,& ideo non eſt circulus.Sed tunc cogita:replica contra Auerroẽ,

quia

quia nõ uidetur ſimile,qa unũ nõ uidetur eſſe cauſa numeri,cogita.& forte diceret Cõmentator ꝙ cauſa eſt anima ipſa,quia numerus eſt opus animæ ex iteratione unitatis cauſatum.

Vnum quod eſt ſynonymũ enti non eſt accidés,neq; eſt illud quod eſt principium numeri.cõtra Auicénam.& uide fundamenta Auicénæ & impugnationem eius.ibidem.

Vnũ abſolutũ & multitudo abſoluta differunt ab uno numerali & multitudine numerali.ibidé.

Vnum numerale & ipa unitas numeralis eſt qd fabricatũ ab anima in ipſis indiuiduis à motu & ſi non eſſet ipſa anima neq; etiã unitas numeralis inueniretur neq; numerus penitus.ibidem. Vbi aduerte inter alias differentias quæ ſunt inter Auicé.& Auerroé de uno & numero eſt iſta,quia opinatur Auer.talia eſſe ab opere animæ,& ideo uult ꝙ quantitas cõtinua eſt materialior q̃ numerus,quia quãtitas continua/ut linea/& ſuperficies/& corpus habent aliquã naturã extra aiam. non aũt eſt ſic de uno quod eſt indiuiſibile quãtitate/qualitate/& ſitu,qa tale nõ eſt niſi intellectu abſtrahente: & ſimilr numerus reſultans ex reiteratione talis indiuiſibilitatis eſt ab intellectu.& ideo Ariſtote.dicit ꝙ nihil põt numerare niſi anima aut animæ intellectus.4.phy.tex.cõmé.132. & ſi non eſſet anima/neq; numerus eſſet.Sed Auicéna uoluit(cuius opinionem multi Latinorum ſequũtur)ꝙ iſta ſignificãt naturam aliquam extra animã,ſicut linea ſuo modo.Et nota bene hoc ultra alias differentias notas,quia Auicé.non diſtinxit inter unum abſolute,& tale qd eſt in prædicamento quantitatis qd dicit reſpectum indiuiſionis.

Vnumquodq; entium naturalium habet in ſe pricipium motus,qd non eſt in artificialibus.2.phy. tex.cõm.1.&.3.& com.23.&.5.phyſi.2.&.3.de anima.cõmen.18.

Vnum eſt indiuiſibile,& cauſa in hoc eſt,quia omne qd eſt unum,eſt per ſuam formam,& forma eſt per ſe indiuiſibilis.3.phyſi.cõmen..68.

Vnum eſt indiuiſibile ſi uere unum eſt.3.phyſi.tex.cõmen.68.&.4.metaphyſi.tex.cõmen.3.

Vnigeneæ res cum fuerint continuę ad inuicem non agunt,ſed cũ fuerint contiguę.4.phyſi.cõ.48. uide in primo de generatione & corruptione.tex.cõmen.78.

Vnum eſſentia & quidditas idé ſignificant.5.phy.cõmé.34.idé.4.metaphy.cõmé.3.contra Auicénã.

Vnumqdq; diuiditur in ea ex quibus eſt.6.phyſi.tex.cõmen.3.

Vniuoca ſunt quorum diffinitiones ſunt eadé uoce & ratione.7.phy.tex.cõ.26.idé in ꝑdicamétis.

Vniuocorum alia comparabilia ſunt,alia uero non.7.phyſi.tex.cõmen.27.

Vnus homo de triginta nõ mouet nauem ſolus,ſed extrahit in actu illud de præparatione & poté/tia,qd largiuntur uiginti nouem.7.phyſi.tex.cõmen.37.

Vnum uni contrarium eſt.1.cœli.tex.cõm.10.& habetur in.10.primę philoſophiæ.tex.cõ.14.&.17. quod quomodo ſit intelligendum uide duas limitationes poſitas ab Auerroe in.8.phyſi.cõm.62.

Vnũquodq; quorum eſt opus,eſt gratia operis.2.cœli.tex.cõm.17.Et aduerte ꝙ(ut inquit Simpli/cius in cõmento ibidé.)iſta ꝓpoſitio eſt tãq̃ dignitas.Nota tamé ꝙ ſecus eſt in entibus neceſſariis & ſempiternis,ſecus in corruptibilibus.nã diſpoſitio entis neceſſarii nõ eſt ut ſit ꝓpter ſuam actio nem,ſed ut actio ſit ꝓpter ipſum.2.phyſi.cõm.74.& eſt etiã notatum ꝑ Auer.in.2.cœli.cõm.17. &.21.& in.12.primæ philoſophiæ.cõm.36.ſecus autem eſt in corruptibilibus,intelligitur etiam ut gloſat Cõmentator ibi/dum finis fuerit paſſio non actio.

Vnum in quolibet genere eſt prius multitudine,& ſimplex compoſito.2.cœli.tex.cõm.22.

Vnum habet tres modos prioritatis.ſ.quia eſt unum ſimplex,& quia eſt prius diffinitione,& quia eſt prius numero.i.in ordine numeri.2.cœli.cõmen.25.

Vnumquodq; aptum eſt ferri in ſuiipſius regionem.ex.2.de generatione & corruptione.tex.cõ.50.

Vnum & eſſe cum multipliciter dicuntur/quod uere eſt actus eſt.2.de anima.tex.cõm.7.

Vnum ſubiectũ habere niſi unã formã ſubalem eſt impoſſibile.1.cap.de ſuba orbis.Vbi cõſidera ꝙ ſm uiã Peripateticorum locum habet ꝓpoſitio de formis iunctis ſeu pfectibilibus/ꝓpter aiam intellectiuã,quæ ſm Auer.& Themiſtiũ non eſt forma dans eſſe,ſed extrinſecus pficiens.hoc etiã eſt uerum in uia Themiſtii.1.de aia.cap.24.ponétis aiam mũdi,ubi inqt:ut enim nihil uetat duas habere pfectiones pſpicui corporis,quarum perfectior una ſit ſol, altera impfectior lumen,ita di/ci de aia poteſt nihil obſtare duas eſſe aialium formas,qua una pfectior ſit ut anima ea quæ foris eſt,altera impfectior,ut ea quæ intus ad ſingulas ptinet.Simplicius etiam in libro cœli,& in libro de anima plerumq; idem affirmat apud Peripateticos eſſe duplex genus formarum.ſ.intrinſece & extrinſece perficiens.

Vnum numero non prædicatur de pluribus.primo metaphyſi.tex.cõm.28.idem in prędicamentis in caplo de ſubſtantia,& Porphyrius in caplo de genere.

